SICILIAE

ET

OBJACENTIUM INSULARUM VETERUM INSCRIPTIONUM

NOVA COLLECTIO

PROLEGOMENIS, ET NOTIS

ILLUSTRATA,

Et iterum cum emendationibus, & Auctariis evulgata.



PANORMI TYPIS REGIIS.

MDCCLXXXIV.

Res ardua, Vetustis novitatem dare, Novis auctoritatem, Obsoletis nitorem, Obscuris lucem, Fastiditis gratiam, Dubiis fidem.

C. Plinius Secundus in Praefatione Historiae naturalis.

TOTIUS OPERIS GENERALIS PROSPECTUS.

Clas-

LE-

VETERUM SICULORUM NUMISMATA A QUIBUS HOC OPUS ILLUSTRATUR

Alaesinorum



Entellinorum



Entellinorum



Messanensium



Syracusanorum



Leontinorum



Panormitanorum



Aicetae Syracusanorum Tyranni



Ieraeorum



Selinuntiorum



Tauromenitanorum



Philistidis Syracusanorum Reginae



Jaetinorum



Hieronis I Syracusanorum Tyranni



Agathoclis Syracusanorum Tyranni



Hieronis II Syracusanorum Tyranni



Segestanorum



Segestanorum



Segestanorum



Thermitanorum



Nisaeorum



Cephaloeditanorum



Geloorum



Geloorum



Geloorum



Amestratinorum



Amestratinorum



Acragantinorum




Agyrinaeorum



Himeraeorum







LECTORI BENEVOLO

GABRIEL L. CASTELLUS P. T.



Icularum Veterum Inſcriptionum Syllogen, quam edidi Anno MDCCLXIX., ita anxie in omnes fere Europae Regiones Litterati Viri excepere, ut brevi e tercentum eo tunc impreſſis exemplaribus aut nulla, aut fere pauca penes me reliqua fuerint; cumque ejuſmodi lucubrationum ea ſit conditio, ut, quemadmodum dici ſolet, Dies diem doceat, *& quotidie nova e Terrae viſceribus Monumenta ad auras obveniant, quibus antea edita aut augeri, aut novis animadverſionibus illuſtrari poſſint; de altera adparanda editione cogitavi. Eam aggreſſus poſt emiſſum Siculorum veterum Nummorum Volumen lethalis ardens febris ita me corripuit ineunte Anno MDCCLXXXII., ut parum abfuerit, quin ſupremum diem explerem; Divina tamen ope ſervatus, vix confirmata valetudine ſuſpenſum Opus reſumpſi; quod tandem D. O. M. favente ad metam uſque perduxi.*

Habes hinc, Lector benevole, aliam Veterum Inſcriptionum Sicularum editionem, in qua perficienda nihil antiquius habui; quam emendatas exhibere maculas illas, quae in primam, me non advertente, irrepſere. Nonnullos item exinde noviter erutos, aut in Siciliam advectos Lapides adjeci, & ſuis in Claſſibus locavi; & quae in Prolegomenis, & Notis meliora addere

 ar-

arbitratus ſum, ea, qua ſemper uſus ſum brevitate meis in ſcriptis, expoſui.

Ea itaque, ſi lubet, fruere, meque poſt fere Annos **XL.** *in illuſtrandis, atque edendis Patriae Antiquitatis Monumentis inſumptos (ingraveſcit enim aetas, vires deficiunt, & oculi caligant) inter emeritos Milites, & honeſtam petentes miſſionem enumera.*

Dabam Panormi poſtridie Idus Novembris An. MDCCLXXXIII.





EPISTOLA PRIMAE EDITIONI PRAEFIXA

ANTIQUITATUM CULTORIBUS

GABRIEL L. CASTELLUS P. T.



Uod magno Reipublicae Litterariae emolumento praeſtantiſſimi Viri aggreſſi ſunt, qui per Orbem diſperſas veteres Inſcriptiones collegerunt, id de Sicilia praeſtitit GEORGIUS GUALTERIUS, qui ineunte elapſo Saeculo, relictis patriis Germaniae finibus, emenſis tot Terrarum, Mariſque ſpatiis, Regnum hoc felici omine luſtravit, & quae tunc temporis detecta in eo vetera Epigrammata invenire potuit, exſcripſit, exſcriptaque Panormi primum coepit evulgare; qua editione jam fere ad metam deducta, jurgiis inde naſcentibus neglecta, Meſſanae novam aggreſſus, Anno MDCXXIV. perfecit (*a*). Nonnullae, quas tunc GUALTERIUS praetermiſit, Inſcriptiones, plurimae aut minus diligenter inſpectae, aut ad veram Autographorum fidem non exſcriptae, reliquae Geographico, indiſtinctoque inter ſeſe ordine involutae, ingens earum denique copia, quas

(*a*) Collectionis hujus eſt titulus: *Siciliae, & objacentium Inſularum antiquae Tabulae, cum animadverſionibus Georgii Gualterii, Meſſanae apud Petrum Bream* MDCXXIV.

quas poſt GUALTERIUM *in apricum protulit Aetas*, novam, ampliorem, meliorique ordine digeſtam Editionem expoſcebant. Hunc aggredi laborem fuerat mihi ſemper in votis, & quae nova Epigrammata obveniebant, ea ſemper mea in adverſaria referebam. Serius tamen de eo abſolvendo conſtitui, tunc ſcilicet, cum PANORMITANI SENATUS juſſu Patrias Inſcriptiones colligendas, illuſtrandaſque ſuſcepi (*a*). Nondum hoc Opere evulgato, ad novum moliendum vires meas contuli, DEUM OPTIMUM MAXIMUM deprecatus, ut otium mihi praeſtaret, quo me totum ad illud perficiendum convertere potuiſſem.

Prima Aedificii hujus vix jacta erant fundamenta, cum, multis domeſticis implicitus curis, aliò animum divertere opus fuit. Acceſſit quoque ea tempeſtate, quod EXCELLENTISSIMI MARCHIONIS JOANNIS FOLIANEI SICILIAE PROREGIS mandato, magni Panormitani Noſocomii regimen fuit mihi, quamvis publicas curas ex inſtituto averſanti, concreditum; totum ea res requirebat Hominem; hinc parum in mea Collectione exornanda progredi toto fere triennio licuit. Reſumptis poſtmodum ſtudiis ea, quae e domeſticis curis momenta ſupereſſe videbantur, huic Operi impendere non deſii; pedetentim hinc exoptatum finem aſſecutus ſum, quo meam Collectionem jam dudum deducendam exoptaveram.

Veſtris itaque oculis, DOCTISSIMI VIRI, novam, ampliſſimamque Sicularum veterum Inſcriptionum Syllogen exhibeo, in qua exornanda, quos ſuſcepi labores, quibus adhibitis curis ſincera Lapidum exemplaria mihi licuit comparare, quot Libros demum, manuſcriptoſque evolvere Codices neceſſe fuit, ex re ipſa innoteſcet. Antequam vero manus ad eam evolvendam admoveatis, Vobis pateat volo, quodnam meum fuerit in hoc Opere exornando conſilium,

quis

(*a*) Prodiit Opus Panormi hoc titulo: *Le Antiche Iscrizioni di Palermo raccolte, e ſpiegate ſotto gli auſpicj dell' Eccellentiſſimo Senato Palermitano &c. In Palermo per Pietro Bentivenga.* MDCCLXII.

quis ejus ordo, ſive diſtributio, quae demum ad illud illuſtrandum pertractanda ſuſcepi.

Vetuſta ea tantum Epigrammata ſeligenda ſtatui Saracenorum in Siciliam adventu antiquiora (*a*); reliqua namque ſequioris Aetatis aliis colligenda reliqui, qui in poſterum medii & infimi Aevi Sicula Monumenta illuſtranda ſibi propoſuerint.

Eas Siculas cenſui Inſcriptiones, quas Siculis rebus, & Hominibus convenire cognovi, quamquam non omnes in Sicilia detectae, neque in eam tranſvectae fuere.

Exteras quoque, nunc verò in Sicilia exſtantes, adſerendas etiam duxi, clariſſimis Viris ſimilium Collectionum Auctoribus exemplum praebentibus (*b*).

Varias in Claſſes Inſcriptiones omnes redigere curavi eo ordine, quem primum Martinus Smetius, dein Janus Gruterus, inde Marquardus Gudius, & Thomas Reineſius, tandemque Ludovicus Antonius Muratorius, & Sebaſtianus Donatus tenuere.

Ea, qua par fuit, diligentia litterarum figuras a Graeco, & Latino communibus Alphabetis diſſimiles notavi, nexus item litterarum, ſiglas, apices, interpunctiones, ubi innotuerunt, exſcripſi; cui rei ut feciſſem ſatis, nulli & diligentiae, & labori teſtor induſiſſe; plura tamen inquiſitiones meas effugiſſe non dubito; non enim omnia propriis oculis conſpicere mihi licuit, neque e Patria efferre pedem, ut majora Operi meo ſubſidia compararem.

Singula Inſcriptionum praeſertim Graecarum verba, quae ut plurimum in Marmorum Autographis inter ſeſe commixta, nulloque intervallo diſtincta ſunt, ſeparanda, & opportunis ſpatiis disjungenda duxi; non modicam enim le-

(*a*) Siciliae Imperium pluries Saraceni ex Africa profecti occupare tentaverunt Saeculi VII. & VIII. Aerae Chriſtianae, IX. tamen eam undique ſubegerunt, ſubjectamque tenuere, usquequo exeunte XI. Northmannorum Principum virtute ex ea fuerunt ejecti.

(*b*) Hoc quoque fecere Franc. Antonius Gorius in *Inſcript. antiqu. Etruriae*, Hannibal de Abbatibus Oliverius in *Marmor. Pisaur.* Jo. Paulus Ricolvius, & Antonius Rivautellius in *Marmor. Taurinenſ.* aliique quamplurimi.

legentibus molestiam afferunt verborum illae, saepe prolixae, lineae, in quibus litterae eo modo congestae, & conglutinatae cernuntur. Hoc ego expertus sum in Sylloge *Inscriptionum Graec. & Latin.* edita Anno MDCCLII. a Richardo Pocockio, qui neque ullam Graecis Lapidibus latinam addidit versionem, neque eos saltem, ut taedio illo Lectores levaret, minoribus characteribus exscriptos, & ad communem Graecorum scripturam accommodatos exhibuit, quemadmodum providè fecerunt Edmundus Chishullius in *Antiquitatibus Asiaticis*, Humphridus Prideauxius, Michael Maittairius, Ricardus Chandlerus in *Marmoribus Oxoniensibus*, aliique quamplurimi veteris rei Lapidariae editores.

Perbreves adjeci animadversiones illis ut plurimum Marmoribus, a quibus aut Geographia, aut Temporum doctrina, aut Sicularum rerum notitia lucis accipere aliquid possent, quod arbitror non supervacaneum fuisse; plura enim, quae ad peculiarem Personarum, & Locorum Historias pertinent, omnibus pervia esse non possunt.

Monumenta minora, Epigraphes nimirum, quae sunt inscriptae in Gemmis, Anulis, Sigillis, Lucernis, Ponderibus, Vasis, aliisque ejusdem generis eruditae Antiquitatis fragmentis, peculiarem ad Classem redegi; cujus potissimum pretium augent nonnulla veterum Diplomatum plumbea Sigilla, e quibus tam sacrae, quam civili Siculis ante IX. Aerae Christianae Saeculum Historiis haud parum lucis adfulget.

Unica vero sub Classe Inscriptionum cujuscumque generis Fragmenta congessi, cum non integer earum sensus haud facile aliarum Classium distributioni conveniret.

Suspectas quoque, quas aut imperiti superioris Saeculi Sicularum rerum Scriptores tamquam legitimas venditarunt, aut nimia credulitate quis etiam & nunc inter Vetustatis Monumenta reponit, exscriptas dedi, nulla ad earum falsitatem demonstrandam proferens argumenta; quisquis enim in Antiquitatum mysteriis vel initiatus eas inspiciet, meam procul dubio probabit sententiam.

Non-

Nonnulla, quae mihi obvenere, exoticis Litteris inscripta Monumenta non omisi; cum tamen ea, uno vel alio excepto, ipse non inspexerim; hinc quo ad eorum Characterum identitatem, tota fides sit Apographis illis, e quibus mihi ea desumere licuit.

De Dialectis, quibus Graeci Siceliotae usi sunt, nemo ex instituto huc usque tractavit, eaque fuit semper inter eruditos Viros persuasio, Doricam Dialectum tota in Sicilia viguisse; cum autem ex Graecis Inscriptionibus Dialectorum varietas deprehendatur, hinc de ea re quidquid e veteribus Scriptoribus, & Monumentis haberi potuit, excerpsi.

Cum autem Sicula Graecis Litteris inscripta Monumenta plura de Palaeographia edoceant, quae Scriptorum perquisitiones effugerunt, ideo Litterarum specimina, quibus veteres Graeci Siceliotae utebantur, quaeque in Nummis, & Inscriptionibus observantur, colligenda duxi, & unico conspectu producenda.

Nexus item Litterarum Siculis in Marmoribus tam Graecis, quam Latinis passim obvios, non supervacaneum putavi una omnes simul Lectorum subjicere oculis, & pauca de eorum usu, & vetustate delibare.

Peculiari sub Classe aliquas figuli Operis Inscriptiones disposui, in quibus quaedam certi temporis notae signantur; quod caussam dedit, aliqua de veterum Siculorum Epochis Chronologicis, deque eorum Anni, Mensiumque ratione ut e tenebris vindicarem. Haec omnia, veluti praeliminares Dissertationes, Operi meo praeire volui.

Pro coronide tandem, ne quid in eo desideraretur, quin ut legentium commodis opportune consultum esset, Indicem ad finem apposui, cujus ope facile singularum Inscriptionum res notatu dignas possit in eo quisque invenire.

His itaque rite expositis, ante quam Praefationi huic finis imponatur, restat, ut in grati animi testimonium lectissimos Viros illos cum laude commemorem, quorum litteraria auxilia in hoc Opere perficiendo expertus sum.

Cla-

Clarifs. DOMINICUS SCHIAVO Sanctae Panormitanae Ecclesiae Canonicus Theologus, cujus eruditissimas Lucubrationes Litteratus Orbis demiratur, plura contulit, quam quivis alius; is enim primus ad hunc gravem suscipiendum laborem meum impulit animum; non exiguam inde veterum Inscriptionum copiam communicavit, suamque lectissimam Bibliothecam, e qua manuscripti nonnulli Codices non modicam supellectilem suppeditavere, mihi quotidie reseratam exhibuit. Inter reliquos doctrina illustres Panormitanos JOANNES EVANGELISTA, & SALVATOR MARIA DE BLASIO Fratres, ambo Ord. S. Benedicti Congregationis Casinatis Alumni, quorum primus Panormitani Archiepiscopi SERAPHINI FILANGERII Theologus, & alter Monasterii S. Martini Musei, & Bibliothecae Praefectus; Frater meus CAROLUS HIERONYMUS CASTELLUS ejusdem Benedictinae Familiae Monachus, & in Montis Regalis Monasterio Sacrarum Litterarum Professor; FRANCISCUS TARDIA Mazarensis Ecclesiae. Canonicus Vir plurium Orientalium Linguarum peritia clarissimus; & JOACHIMUS DRAGUS Marchionis BLASII Filius, CASIMIRI, olim in supremo Siciliae Regni Magnae Regiae Curiae Senatu integerrimi Praesidis, Nepos, singularibus beneficiis me in hac editione paranda cumulavere. Messanenses plures miserunt Lapides, Vir nobilissimus & doctissimus JOANNES NATOLIUS Princeps Sperlingae, & ANDREAS GALLUS Rei antiquariae peritissimus. Catanensia nonnulla jam pridem communicaverat Epigrammata VITUS MARIA DE AMICO Abbas Benedictinus, & Regius Regni Siciliae Historicus, cujus mortem Litteraria Respublica dolet, semperque dolebit; eorum postea auxit Syllogen praeclarissimus Vir & sanguinis splendore, & omnigena eruditione illustris IGNATIUS PATERNIONUS CASTELLUS Princeps Biscaris, qui & Marmora omnia in suum Antiquitatum ditissimum Museum invecta exscribenda, & mihi mittenda curavit (a). Syracusanarum Inscriptionum Apographa habui ab Affine meo, & generis nobilitate, & ob plures editos Libros commen-

(a) Ea sunt, quae passim in hoc Opere titulum MUSEI PATERNIONI inscriptum praeferunt.

mendatiſſimo CAESARE CAJETANO Comite Turris ; idem de Melitenſibus praeſtitere Comes JOANNES ANTONIUS DE CIANTAR Regiae Pariſienſis Inſcription. & Human. Litter. Academiae Socius , & FRANCISCUS AGIUS DE SOLDANIS Gaulitanae Eccleſiae Canonicus , ac publicae Melitenſis Bibliothecae Praefectus , qui praeſertim nonnulla miſit inedita Phoeniciae Litteraturae Monumenta .

Quibus omnibus ut exteros etiam adjiciam , plurimum debere ingenue fateor Viro doctiſſimo THOMAE HOLLIS Equiti Anglo , Societatum Regiae , & Antiquariorum Londinenſium Sodali , qui tot eruditiſſimis Libris in Magnae Britanniae Regnis impreſſis , quibus liberaliſſime privatam meam auxit Bibliothecam , opportunum Operi huic attulit auxilium . Eques Nobiliſſ. & eminentiori doctrina praeditus FRANCISCUS VARGAS MACCIUCCA Neapolitanus , REGIAE Camerae S. Clarae unus ex QuinqueViris , ac in SAC. REG. Conſilio Aulae Praefectus , Doctiſſ. etiam SEBASTIANUS DONATUS Lucenſis , S. Concordii Morianenſis Eccleſiae in Patria Praepoſitus , cui praeter alia eximia ingenii ſui Monumenta , novum etiam Supplementum ad Muratorianum Veterum Inſcriptionum Theſaurum Litteraria Reſpublica debet , Praeſul ampliſſimus & eruditiſſimus MARIUS GUARNACCIUS Patritius Volaterranus , nomen ſat in Litterarum Republica notum ; itemque Vir celeberrimus de Litteris , deque Sicilia tota ob edita Jacobi Philippi Dorvillii *Sicula* , & eruditiſſimos ad nonnulla ipſius Regni Marmora , & Numiſmata Commentarios , optime meritus PETRUS BURMANNUS SECUNDUS in illuſtri Amſtelaedamenſium Athenaeo Hiſtoriarum , & Eloquentiae Profeſſor , ad hanc perficiendam Sicularum Inſcriptionum Syllogen me pluries humaniſſimis Epiſtolis incitarunt . Idem voce fecerunt Praenobiles Viri CAROLUS Comes DE ZINTZENDORFF Vindobonenſis S. R. & APOST. IMP. MAJESTATIS Cubicularius ; Baro de RIDESEL Francofordienſis , JOANNES SEMONS Anglus , & JOSEPH BERNARDUS DE CHABERT Gallus Regiae Londinenſis Societatis , & Pariſienſis Scientiarum Academiae Socius , quorum , & conſuetudine frui , & doctrinam demirari Panormi mihi forte obtigit , dum Euro-


pae Provincias, & praeſertim Siciliam ad bonarum Litterarum cultum, & penitioris Antiquitatis cognitiones acquirendas, perluſtrabant.

Haec ſunt VIRI ORNATISSIMI, quae de meo hoc Syntagmate praemonenda cenſui. Si quid inſcitia, aut minus diligenti cura in eo peccatum fuerit, veſtram obtineat veniam, deprecor; quis enim numeris omnibus abſolutum Opus, & omni prorſus vitio exemptum ad lucem proferre poteſt eſſe ſecurus? Caeterum quam olim Aelianus ſuis Lucubrationibus auguratus eſt ſortem, hanc quoque & meis exopto, nam *quamvis poſt multos, qui ante me vixerunt, & ſapientia excelluerunt, in hoc Argumento verſatus fuerim, temporis ſorte laudem non imminutum iri ſpero, ſi & ipſe Scientiam cognitione dignam, accuratiore inveſtigatione, & eloquio exornatam in lucem protulerim* (*a*).

(*a*) Aelianus *De Natura Animal.* ex editione Gronovii Baſileae 1750. Vol. I. pag. 2.



PRO-



PROLEGOMENA.

I.

De Graecis Siculorum Dialectis Historica Disquisitio.

OMnibus obvium est, Graecorum Linguam plures Dialectos habuisse, easque in Aeolicam, Jonicam, Doricam, Atticam, & Communem Clementem Alexandrinum divisisse (*a*); Strabo Jonicam dixit cum Attica convenire, eamdemque Doricam esse cum Aeolica (*b*). Quae ab ipsius Graeci Idiomatis primordiis praecipua causa fuit, a qua Dialectorum varietas promanaverit; qui earum fuere Auctores, quo tempore demum; quave aetate, & quibus in Graeciae Regionibus hae & loquendi, & scribendi variationes ortum habuerint, non est hìc exquirendi locus; de Patriis rebus acturus ea tantummodo, quae Siciliam propius attingere videntur, examinanda propono.

Insulae hujus pars potissima cum olim inter veteris Graeciae fines accenseretur, cumque unicam ejus Populi constituissent Regionem, omnis ratio suadere videtur, unicum in ea viguisse Idioma, neque Dialectorum varietatem, Civitatum, Oppidorumque propinquitatem efficere potuisse; hinc communis antehac omnium fuit persuasio, Doricam tantum Dialectum apud Siculos locum obtinuisse. Hac opinione praeoccupatus Daniel Heinsius Siculos omnes ΠΛΑΤΕΙΑΖΕΙΝ *Ore* nimirum *in latum deducto loquentes*, dixit (*c*). Eamdem sententiam secutus Ezechiel Spanhemius, Doricam Dialectum Siculis consuetam fuisse firmavit: *Neque Doricae etiam Dialecti causam in hac voce*

(*a*) Clemens Alexand. *Stromat.* lib. I. pag. 338. deque hoc vide quae eruditissime congessit Gulielmus Burtonus in *Historia Linguae Graecae* edita Londini Anno 1657. pag. 29.

(*b*) Strabo *Geograph.* Lib. VIII. cujus sententiam secutus est Ger. Joan. Vossius in Opere *De Idololatria &c.* Lib. I. cap. 18.

(*c*) Daniel Heinsius *Lection. Theocrit.* cap. 21.

ce ΔΑΜΑΤΗΡ *requiret*, *qui novit eam Siculis consuetam* (a). Quod & etiam ut alios praeteream, statuit Michael Maittairius, qui diversas memorans Gentes, quibus Graecum Idioma proprium erat, haec, omni seposita dubitatione, scripsit. *Dorice scripserunt Aetoli*, *Arcades*, *Argivi* . . . . *Corcyraei*, *Corinthii* . . . . *Cretenses* . . . . . . *Rhodii*, *SICULI &c.* (b). Aliter tamen litteris inscripta Monumenta demonstrant; plurium namque veterum Sicularum Urbium Inscriptiones, & Numismata Doricam habent Dialectum, item & alia Attice, sive Jonice videntur inscripta. Discriminis hujus causa altius hinc est exquirenda, idque non tam facile alioquin explorari potest, nisi Gentium illarum inspectis primordiis ad quas deprompta spectant Monumenta.

Post Diluvium, quo totum Hominum genus infeliciter periit, excepta Noachi Familia divinitus in Arca servata, postque Babelicam illam Linguarum confusionem, paulatim universa Terra ab ipsius Noachi descendentibus fuit denuo Incolis frequentata. Qui eo tempore primi Siciliae Insulae fuerint habitatores, haud facile inter tot Annorum densas caligines inveniri potest; hinc varie ad hoc illustrandum argumentum inter & veteres, & recentiores Sicularum Rerum Scriptores certatum est (c). Primos habitatores aliae inde Gentes exceperunt, quae maximo in illo temporis intervallo, quod ab universali Diluvio, & a Linguarum confusione ad Graecarum Coloniarum in eam Insulam adventum interponitur, vicissim aut ejus Dominatum tentavere, aut novos ad eam inhabitandam Colonos transmisere: hac accensentur in Classe Sicani, quorum non adhuc vera origo perspecta est, Si-

culi

(a) Ezech. Spanhemius *De Praest. & Usu Numism. &c.* Vol. I. Dissert. 4. pag. 200. edit. Londin. [illegible].

(b) Michael Maittairius in Opere cui titulus: *Graecae Linguae Dialecti &c.* pag. VII. in Introduct. edition. Hagae Comit. 1738.

(c) Homerus Graecorum omnium, quos habemus Scriptorum antiquissimus in *Odisseae* Lib. IX. & Thucydides *Histor.* lib. VI. Cyclopes, & Laestrigonas primos Siciliae Insulae Incolas fuisse dixere, quam secuti sunt sententiam Auctores fere omnes cum Graeci, tum Latini, quorum scripta ad nostram pervenerunt aetatem. Recentiores tamen Rerum Sicularum Scriptores, qui proprium ad hanc veritatem detegendam ingenium acuerunt, varias de primis hisce Siciliae Habitatoribus sententias protulere. Inter hos primus (aliis minoris notae, & nominis praetereo) Thomas Fazelius in Opere *De Rebus Siculis* Dec. II. lib. I. cap. I. Gigantes e Noachi Familia ex Armenia profectos Siciliam primos inhabitasse censuit. Marianus Valguarnera in *Antiquit. Panormit. &c.* ex Moysis Historia in Libro *Genesis* cap. X. verum elicere credidit, & Elisae, Javani Filii, Japheti Nepotis, Noachi Pronepotis Posteros Graeciam primum frequentasse dixit, ex qua habitatione Aeolicorum, & Pelasgorum nomina eis obvenere, indeque Siciliam primos incoluisse statuit. Hanc etiam tenuit sententiam Franciscus Aprilius in *Chronologia universali Siciliae &c.* cap. I. pag. 7. edit. Panorm. 1725. Philippus Cluverius in *Siciliae antiquae* Lib. I. cap. 2. quemadmodum & Joannes Baptista Carusius in *Monumentis Histor. Siculis* editis Anno 1742. Vol. I. pag. 4. Homeri, & Thucydidis sententiam de Cyclopibus sequendam censuere. Samuel Bochartus *in Chanaam* Lib. I. cap. 30. hos Cyclopes e vicina Italia in Siciliam paucis post Terrae divisionem Saeculis migrasse statuit. Franciscus Carusius singulari Oratione quam memoravit Vitus Maria Amicus in *Notis ad Fazellum* edit. Catanens. 1752. Vol. II. pag. 25. Iberos, ex Iberia Orientali, sive Cholchide, profectos primos Siciliae Habitatores fecit, qua in sententia eum excepit Josephus Pancratius in *Antiquitat. Sicil. explic.* Vol. I. cap. 2. Tandem eruditissimus Praesul Marius Guarnaccius in Opere Italice edito Anno 1767. cui titulus, *Origini Italiche* Vol. I. lib. III. cap. I. a proxima Italia primos Siciliam Incolas habuisse firmavit, quae Clariss. Viri sententia eo tutior mihi videtur, ut eam libenter amplecti non dubitem.

culi ex contermina Italia profecti, Morgetes, Cretenses, Elymi, Phocenses, Epirotae, Trojani, & Phoenices, qui, Thucydide teste, circa omnem quidem habitaverunt Insulam, negotiandi caussa cum Siculis (*a*). Gentium harum omnium gesta, & quae inter eas bello, & pace vicissitudines obvenere, profunda sunt oblivione involuta; Philisti enim, & Timaei, aliorumque nobis *de Rebus Siculis* deficiunt Historiae, & quas Diodorus Siculus in sui Operis decursu enarrare promisit his verbis: *Atque particularem [illegible] memorationem ad sua reservamus tempora* (*b*), ea etiam fatali [illegible] rum, a sexto nempe ad undecimum, ipsius Operis jactura, Tempus [illegible] edax.

Maximam ideo lacunam, quae tempus amplectitur Saeculorum circiter sexdecim, aut ad minus quindecim, esse in Siculorum Historia, fatendum est (*c*), & quas paucas eorumdem temporum memorias ad Posteros Veterum traditio transmisit; adeo obscurae sunt, & incertae, ut non facile veritatis nucleus a fabularum corticibus detrahi possit; ex quo id certe tenendum, Siculorum Historiam initium tenere ab adventu Graecarum Coloniarum, a quibus Siculi, propter conflictata commercia, non solum mores, Religionem, & instituta, verum etiam & Idioma paulatim accepere, quemadmodum sequentibus verbis tradidit Diodorus: *Ultimas postea in Siciliam Colonias miserunt Graeci, [illegible]. Per commercia vero, & multitudinem Graecorum in ea navigantium factum est, ut & Linguam Graecam Siculi discerent, & eumdem [illegible], barbaram etiam loquelam simul, & nomen mutarent* (*d*).

At non omnes ex uno eodem loco novi hi Coloni in Siciliam appulere; alii namque fuere Chalcidenses, & Jones, qui Atticam sive Jonicam habebant Dialectum; item alii Corinthii, Rhodii, Cretenses, qui Doricam referentes originem, Dorica etiam loquela utebantur. Sicularum Graecarum Ci-

(*a*) *Habitaverunt autem Phoenices circa omnem quidem Siciliam, Promontoria ad Mare, itemque parvas adjacentes Insulas occupantes, negotiandi caussa cum Siculis. At ubi permulti Graeci eo per Mare adnavigaverunt, relinquentes pleraque, Motyam, [illegible], & Panormum .... incoluere*. Thucydides *Histor.* lib. VI. Quae veteris Historici verba tam universus Scriptorum omnium consensus, & tot Saeculorum firmata traditio, quam etiam & plurima Phoeniciae Litteraturae Monumenta passim per Siciliam, Melitaeque Insulam detecta satis superque confirmant. Mirandum itaque, quemdam recentissimum Scriptorem novum de hoc non dubitasse proferre systema, quo *Res tanta vetustate robustas* (ut Tullii utar verbis) facile convellere, & infirmare crediderit, Phoenicum Colonias in Siciliam, & Magnam Graeciam passim inductas inter aniles fabulas relegare, & Phoenicias, sive Punicas Melitenses Inscriptiones Arabum litteris exaratas esse decernere. At de hoc fusius in hujus Operis Classe XX. pag. 317. erit agendum.

(*b*) Diodorus *Biblioth. Histor.* Lib. V. cap. 6.

(*c*) Ab universali Diluvio ad primum Graecarum Coloniarum in Siciliam adventum Anni fere MDLXXXVIII. sunt intermedii, prout colligitur ex calculis editis a Dionysio Petavio in Opere *De Doctrina Temporum* Vol. II. lib. 13. Inundata enim fuit Terra Anno Mundi MDLVI. & Anno MMMCCXLII. Theocles Chalcidensium Ductor Naxum in Sicilia occupavit, posteroque Anno Archias Corinthius Syracusas condidit ex Thucydidis *Historiar.* Lib. VI.

(*d*) Diodorus Siculus in *Biblioth. Histor.* Lib. V. cap. 6.

Civitatum ita primordia expendit antiquiſſimus Geographus Marcianus Heracleota (*a*).

. . . . *Poſt haec Graecas*
Habuit Urbes , ut ferunt , poſt bella Trojana
Quintadecima aetate . Theocle Claſſem
A Chalcidenſibus accipiente , erat autem hic genere
Athenienſis , convenerantque , ut fama eſt ,
Jones , Dorienſeſque Coloni ;
Seditione autem inter eos exorta , Chalcidenſes
Condiderunt Naxum , Megarenſes vero Hyblam ,
At quod Italiae a Zephiro objacet Dorienſes
Occuparunt . Hos Archias adſumens
Corinthius cum Dorienſibus condidit eas ,
Quae a contermino Stagno accepere nomen ,
Nuncque Syracuſae ipſis dicuntur .
Poſt haec e Naxo Leontini , &
Quae ex adverſo Rhegii ſita eſt
Ad fretum hoc Siculum
Zancle , Catana , Callipolis accepere Colonias ,
Rurſus vero ab his duae Urbes Euboea ,
Et Milae dictae , conditae fuerunt .
Dein Himera , & contermina Tauromenium ;
Sunt igitur omnes hae Urbes Chalcidenſes .
Nunc Doricas etiam enarrare oportet .
Megarenſes Selinuntem , Gelenſes autem condiderunt
Agrigentum , Meſſanam vero Jones ex Samo ;
At Syracuſani eam , quae Camarina dicitur ,
Ipſi autem hanc everterunt rurſum
Sex , & quatraginta Annis , poſtquam condita fuit .
Hae igitur ſolummodo ſunt Urbes Graecanicae ,
Reliqua Oppida ſunt Barbarica ,

E quibus colligitur , Graecos Siciliae Inſulae novos incolas , Doricam alios , alios Chalcidicam originem habuiſſe , quod & pleniſſime confirmari videtur a Pauſania his verbis : *Atque hi e Barbaris Gentibus Siciliam incolunt ; e Graecis vero Dorienſes , & Jones , Phocici etiam , & Attici nominis pars non utique magna* (*a*) .

Hac

(*a*) Marcianus Heracleota in *Deſcript. Orbis Terrarum* , quae eſt inſerta in Collectione , cui titulus : *Geographi minores &c.* edita a Joanne Hudſono Oxonii 1712.

(*b*) Pauſanias in *Veteris Graeciae Deſcript.* Lib. V. p. I. ex verſione Romuli Amaſaei , edit. Francofurti 1583. pag. 149.

Hac potiſſimum generali diviſione praemiſſa, antequam ea, quae de ſingularum Civitatum primordiis veteres Hiſtorici ſcripſere, expendam, illud firmare opus eſt, Chalcidicos eadem Lingua locutos fuiſſe, qua Jones, & Attici, maximamque inter eos conſuetudinem, & cognationem interceſſiſſe, quod binis Thucydidis locis ſatis ſuperque demonſtratur. Haec ſunt Clariſſimi Hiſtorici verba (*a*): *Athenienſes Siciliam ſibi invadendam putavere, cupiditate procul dubio totius Inſulae potiundi, ſed voluntate quoque honeſte ferendi auxilii Chalcidenſibus ſuis Cognatis, ac priſtinis ſociis*; neque aliter Libro ſequenti; *Athenienſes quidem cum eſſent Jones, Syracuſanis, qui ſunt Dores, bellum intulerunt.*

Siciliae Populorum, qui Chalcidicam habuerunt originem, hi fuere: Naxii, quorum primordia clariſſime oſtendit Thucydides (*b*): *Chalcidenſes ex Euboea tranſeuntes cum Theocle illius deductore Coloniae Naxum incoluerunt*; & diverſe Marcianus Heracleota ut ſupra:

> . . . . *Chalcidenſes*
> *Condiderunt Naxum* . . . . .

Leontini, & Catanenſes, de quibus haec idem Thucydides memoravit: *Verum Theocles, atque Chalcidenſes e Naxo profecti Leontinos, ejectis Siculis, incoluere, & dein Catanam*; cui Marcianus etiam adhaeret:

> *Poſt haec e Naxo Leontini, &*
> *Quae ex adverſo Rhegii ſita eſt*
> *Ad fretum hoc Siculum*
> *Zancle, Catana, Callipolis accepere Colonias.*

Quae omnia confirmavit Siculus noſter Diodorus (*c*): *Dionyſius Syracuſiorum Tyrannus . . . . . . Chalcidenſium Oppida ditioni ſuae adjicere properavit, Naxum videlicet, Catanam, & Leontinum.*

Alia Chalcidenſium Colonia fuit Meſſana, Zancla primitus dicta, eodem Thucydide teſte: *Zancla vero inter initia a Latronibus e Cumis, quae eſt in Opica Chalcidica Urbs, profectis habitata eſt, ſed poſtea communiter a multitudine, quae a Chalcidaea, atque a caetera Euboea, quae in eam Regionem ſupervenit, cujus Coloniae Ductores extitere Perieres, atque Crataemenes, alter e Cumis, alter e Chalcide. Iidem poſtmodum a Samiis ejecti ſunt, & aliis quibuſdam Jonibus, qui Medos fugientes ad Siciliam appulerunt*; ipſe etiam Heracleota ut ſupra Chalcidicas memorans Colonias, Meſſanam in numerum earum adſcripſit.

Quae

(*a*) Thucydides *Hiſtor.* Lib. VI.

(*b*) Idem ut ſupra.

(*c*) Diodorus *Biblioth. Hiſtor.* Lib. XIV. cap. 14.

Quae ex [illegible] Traga [illegible]
A[illegible]
Zancl[illegible].

Callipolim, Euboeam Siculam, & Mylas Chalcidicos habuiffe conditores, idem Geographus dixit, qui fimile de Tauromenitana Civitate teftimonium protulit, idque merito; eam namque Zanclei ex Strabonis fententia (*a*) condiderunt.

Dolendum, pauca admodum harum Chalcidenfium Siciliae Urbium ad nos litterata perveniffe Monumenta, e quibus, qua eorum Cives Dialecto utebantur, facile Pofteri erudiri poterant; at fi a paucis illis infcriptis Lapidibus, qui temporis edacitatem feliciter effugerunt, hoc erit arguendum, omnino Atticam Dialectum in eis fuiffe fervatam dicendum eft: eam namque Catanenfes Infcriptiones omnes hoc in Opere exfcriptae praeferunt. Naxienfia, Callipolitana, Euboica, Zanclea ante Coloniam Meffenicam, Mylenfia, Leontina, omnia fimul periere, aut adhuc fub terra jacent Monumenta; Catanenfia itaque, quae forte e communi naufragio evaferunt, illius, quod in aliis ejufdem originis Civitatibus fervatum fuit, praeftant exemplar.

Neque his, quae dicta funt, officere videntur Tauromenitanae Civitati Monumenta; quorum alia Attica, Dorica alia Dialecto videntur infcripta [illegible] omnibus enim obvium eft, eam Civitatem ab initio Zancleos, qui Chalcidenfes erant, condidiffe, pro ut paullo ante ex Strabone, & Marciano Heracleota notatum eft; at decurfu temporis Dionyfius Syracufarum Tyrannus eam, infeliciter antea tentatam, tandem expugnavit, fuoque dominatui addixit, & exinde quo tempore, primo Bello Punico ineunte, pax inter Romanos & Syracufarum Regem Hieronem II. firmata fuit, iftius Imperium fubiit (*c*); non mirum hinc Dialectorum varietatem in ejus Monumentis inveniri, nam, quae Attice fcripta funt ad Chalcidicam ejus Civium originem referri debent, & quae Dorice, diuturno Syracufanorum in ea dominatui funt adfcribenda.

Praeter hos omnes tamen Siciliae Populos, de quorum Chalcidica origine, & Attica in eis fervata Dialecto veterum Scriptorum auctoritates, & Monumentorum teftimonia prolata funt, aliquid de Melitae Infula & Civitate dicendum erit. Nullus veterum, quod fciam, & Hiftoricorum, & Geo-

(*a*) Strabo *Geograph.* Lib. VI.

(*b*) Tauromenit[illegible] Monumenta Dorice fcripta funt [illegible] tionum Tabulae, [illegible] Hippo Dorvillio ex- [illegible] Collectionis Claffe VIII. n. [illegible] VII. [illegible] eadem Civitatis Num[illegible] a me in Opere cui titulus: *Siciliae Popul. & Urb. Regum quoque & Tyrannorum veteres Nummi* Tab. LXXXVII. & LXXXVIII. quibus in Nummis perpetuo eft infcriptum Dorice [illegible] ΓΕΤΑΣ pro ΑΡΧΑΙΡΕΤΗΣ. Attica vero Dialecto fcriptum effe dignofcitur Pfephifma illud Tauromenitanorum, quo Julia Baffilla praeconiis, & laudibus decoratur, quodque in hujus Operis Claffe V. n. XXIII. eft editum.

(*c*) Locupletiffimum de his omnibus exhibuit teftimonium Diodorus Siculus in *Biblioth.* [illegible]. Lib. XIV. cap. 96. & in Ecloga V. Lib. XXIII.

Geographorum de Graeca Colonia eo deducta loquitur; Philippus Cluverius (*a*) tamen, ob plura in ea Infula Graeca defossa Monumenta, ejusdem Coloniae adventum suadere conatus est; in omnibus Viro summo, deque Sicilia tota optime merito adhaereo, idque solum eruditissimis ejus de hac re animadversionibus adjiciendum puto, Coloniam hanc certe Chalcidicam, aut Jonicam, aut Atticam fuisse, quod praeter omnem dubitationis aleam, manifeste indicant Melitenses Lapides omnes Attica Dialecto conscripti, & praesertim aeneum illud Psephisma, quo Demetrius Diodoti Filius Syracusanus publico Populi Melitensis encomio decoratur, ejusdemque Civitatis Hospitem esse decernitur (*b*).

Quae de Chalcidicis sive Jonicis Coloniis in Siciliam deductis, & de Attica in eis servata Dialecto hactenus demonstrata sunt, pluribus veterum Scriptorum testimoniis, majorique Monumentorum copia de Doricis in promptu est indicare. Inter Graecos omnes Siceliotas, qui hanc referebant originem potissimi Syracusani fuere, de quibus Thucydides (*c*): *Archias ab Hercule oriundus e Corintho, Syracusas incoluit*; & paullo post in Oratione Hermocratis Syracusani ad Camarinenses. *Ostendimus nos non esse Jones, neque Hellespontios . . . . . sed Dores liberos e libera Peloponneso, Siciliam habitantes*; indeque sequenti in Libro: *Athenienses quidem cum essent Jones, Syracusanis, qui sunt Dores, bellum intulerunt*. Thucydidi Marcianus Heracleota consentit his verbis:

Quod Italiae a Zephiro objacet Dorienses
Occuparunt; hos Archias adsumens
Corinthius, cum Doriensibus condidit eas;
Quae a contermino Stagno accepere nomen,
Nuncque Syracusae ipsis dicuntur.

Neque diverse Strabo: *Syracusas condidit Archias, Navibus e Corintho advectus sub idem tempus, quo Naxus, & Megara sunt conditae* (*d*).

Itemque Corinthiam Syracusanorum originem memoravit Auctor Chronici Marmorei Pariensis ad praesens inter Oxoniensis Academiae pretiosiora Cimelia adservati in Epocha XXXII. his verbis: *A quo Archias Evageti Filius decimus a Temeno, e Corintho eduxit Coloniam Syracusis, Anni CCCCXCIIII. regnante Athenis Aeschylo, Anno vicesimo primo* (*e*).

Syracusanorum Colonia fuit Camarina, quae & ipsa ideo Doricam habuit originem ab Hermocrate Syracusano in Oratione apud Thucydidem, de

(*a*) Philippus Cluverius in *Siciliae Antiquae &c.* Lib. II. cap. 16.

(*b*) Melitense hoc Decretum exscriptum invenies in hujus Operis Classe VIII. n. II.

(*c*) Thucydides *Histor.* Lib. VI.

(*d*) Strabo *Geograph.* Lib. VI.

(*e*) Vide postremam C. V. Richardi Chandlerii *Marmorum Oxoniensium* editionem impressam Anno 1763. pag. 25.

de qua ſupra, Camarinenſibus ipſis indicatam. *Sed precamur pariter, & obteſtamur, niſi verbis noſtris obtemperetis, inſidias ab Jonibus tendi perpetuis hoſtibus, & a vobis prodi Doribus Dores.*

Eadem in Claſſe Gela quoque eſt accenſenda; eam enim Antiphemus e Rhodo, & Entimus e Creta una condiderunt *Hominibus Doricis huic Civitati impoſitis*, quemadmodum idem ſcripſit Thucydides, qui & Rhodios Dorici generis fuiſſe etiam in ſequenti Libro memoravit. *Et Rhodii Dores, utpote ab Argivis oriundi contra Syracuſanos, qui Dores ſunt*, quod & etiam habetur a Strabone. *Porro Rhodii itidem ut Halicarnaſſii, & Coi ſunt Dorienſes* (*a*).

Geloorum Colonia fuit Agrigentum ab Ariſtone, & Pyſtilo, Thucydide teſte, deducta, quam etiam memoravit Marcianus Heracleenſis:

> . . . . . . *Gelenſes autem condiderunt*
> *Agrigentum.*

Ejus itaque primordia a Doricis fuiſſe non ambigimus, & quamvis Strabo (*b*) Jonicam dixiſſet eam habuiſſe Coloniam, depravatum eſſe hunc locum veterum Amanuenſium vitio quiſque cognoverit, & pro *Jonica*, *Doricam Coloniam* ſubrogandum eſſe conſenſerit; Polybius namque ita e Rhodiis, qui Dorici fuerunt, ejus memorat originem: *In ſummo vertice Minervae Aedes viſitur, & Jovis Atabyrii, ſicut apud Rhodios; nam quum Rhodiorum Colonia ſit Agrigentum, jure, ac merito hic Deus eodem nomine colitur, atque apud Rhodios* (*c*), ex quo notandum venit, Clariſſimum Hiſtoricum ad Agrigentinam e Gelois, qui Rhodiorum Coloni fuerant, originem reſpexiſſe.

Alia fuit in Sicilia Dorienſium Colonia Megara, de qua haec Ephori leguntur apud Strabonem in eodem ſuperius notato Libro: *Theocles adſcito magno Euboeam incolentium numero, Jonum item nonnullos, atque Dorienſium, quorum major pars erant Megarenſes in Siciliam navigavit, ibique Chalcidenſes Naxum, Dorienſes Megaram, cui prius nomen fuit Hybla, condiderunt.* E quibus Ephori verbis luculentiſſime illuſtrantur ea, quae de Theocle Marcianus Heracleenſis ſcripſerat:

> . . . . *Theocle Claſſem*
> *A Chalcidenſibus accipiente, erat autem hic*
> *Athenienſis, conveneruntque, ut fama eſt,*
> *Jones, Dorienſeſque Coloni,*
> *Seditione autem inter eos orta, Chalcidenſes*
> *Condiderunt Naxum, Megarenſes vero Hyblam.*

Po-

(*a*) Strabo *Geograph.* Lib. XIV.

(*b*) Ibidem Lib. VI.

(*c*) Vide Polybii *Excerpta Hiſtoriar.* Lib. IX. cap. 21.

Poftrema tandem, cujus apud Scriptores exftet memoria, Dorienfium Colonia, Selinuntina Civitas fuit a Megarenfibus aedificata, de qua Thucydides: *Megarenfes Selinuntem, miffo illuc Pammilo, condiderunt, is e Megaribus ipforum Metropoli fuperveniens una habitavit.* Et Marcianus:

Megarenfes condiderunt Selinuntem.

Haec omnia, quae ex veteribus Scriptoribus de Dorienfibus Siciliae Civitatibus explorata funt, mire a Dorice infcriptis eorum Monumentis comprobantur. Syracufanos Dorice fcripfiffe, manifefte teftantur Epigramma illud Archimeli ab Athenaeo relatum, quod Hiero II. Navi illi infcribi voluit, quam Ptolemaeo Aegyptiorum Regi dono mifit (*a*): alia item Infcriptio, eodem Hierone imperante, Diis omnibus a Syracufanis dicata (*b*): Titulus etiam ad Statuam Epicharmi additus, in quo Doricam dicitur ejus fuiffe vocem ΑΤΕ ΦΟΝΑ ΔΟΡΕΙΟΣ (*c*): Reginae Philiftidis pariter Epigraphes Syracufano Theatro infculpta, ejufque Nummi, in quibus omnibus legitur ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΩΣ (*d*), & alia tandem quamplurima ejufdem generis Monumenta. Et quamvis aliqua Archimedis Syracufani Scripta Doricam non praeferant Dialectum, non id noftro huic officit argumento, Dorice enim femper celeberrimum Mathematicum fcripfiffe dignofcitur ex potiori ejus Opere, quod infcribitur *De Sphaeris, & Cylindris ad Dofitheum*, in quo, ut Clarifs. Jo: Alberti Fabricii (*e*) utar verbis, praeter Linguae Doricae proprietatem, & omiffionem fpirituum, atque accentuum, occurrunt fubinde fyllabarum, & dictionum notae, quae nec a Graecis quidem ipfis hoc tempore agnofcuntur. Quod vero in ejufdem veteris Scriptoris Libro *De Circuli Dimenfione* aut exigua, aut nulla Dorifmi veftigia fuperfint, id Eutocio, vel ejus Praeceptori Ifidoro Milefio, qui Tractatum illum exfcripfit, & Graecis illuftravit Commentariis, in culpam dedit Vir doctiffimus Joannes Wallifius (*f*); mihi vero cum Clarifs. Fabricio Librariis potius, & Amanuenfibus, qui Archimedis Libros frequenter defcripfere, tribuendum videtur; nam Eutocius ipfe, fummo fe ftudio vetera Archimedis exemplaria indagaffe teftatur, vix tamen ea potuiffe confequi clariffimis verbis queritur, *quae vel ex parte Doricam Dialectum confervaffent, qua Archimedes delectatur* (*g*).

Do-

(*a*) Archimeli Epigramma exfcriptum invenies in Claffe VII. n. XV. hujus Operis.

(*b*) Hanc vide in Claffe I. n. I.

(*c*) Epicharmi Infcriptionem habes in Claffe V. num. XIX.

(*d*) Philiftidis Epigraphes eft in Claffe VII. n. II., ejus vero Nummum maximae raritatis, in quo fenilis eft Philiftidis vultus, protuli in Tabula his Prolegomenis praepofita n. XII.

(*e*) Jo. Alberti Fabricii *Biblioth. Graecae* Lib. III. cap. 22. fect. 2.

(*f*) Joannes Wallifius in editione Libri Archimedis *De Circuli Dimenfione cum Comment. Eutocii*, quae exftat in Vol. III. Operum ipfius Wallifii impreffis Oxonii Anno 1699.

(*g*) Euftocius in *Comment. ad Archimedis Librum* II. *de Sphaera, & Cylindro &c.* edit. Bafileae pag. 30.

Dorice etiam & fuiffe locutos, & fcripfiffe Geloos, perenne teftimonium exhibet Decretum illud, quo ob bene res Gymnafticas adminiftratas, fingulari Senatus, Populique Gelenfis encomio exornatur, & Oleagina Corona decoratur Heraclides Zopyri Filius (*a*).

Idem quoque de Agrigentinis oftenditur ab aeneo illo Pfephifmate, quo Demetrium Diodoti Filium Syracufanum, publicum Agrigentini Populi Hofpitem effe decernitur (*b*). Acron praeterea Agrigentinus Dorice plures *De Re Medica* Libros confcripfit, quemadmodum memoriae tradidit Svidas, five melius qui tali nomine, *Lexicon* illud perfecerunt (*c*). Nec de Agrigentinorum Dorifmo dubitationem aliquam inducere poffunt Epiftolae Phalaridis illius Civitatis Tyranni Attica Dialecto fcriptae; fat enim obvium eft, de earum ΝΟΘΕΙΑ etiam ipfo Saeculo XVI., quo in lucem prodiere, dubitatum effe, tefte Siculo noftro Hiftorico Clariffimo Thoma Fazello (*d*), de quo etiam & nunc, poft notiffimas Caroli Boylii, & Richardi Bentleji difceptationes omnes litterati Viri fere confentiunt (*e*).

Hyblenfes item in publicis eorum Monumentis Doricam tenuiffe Dialectum, manifefte nos edocent Nummi, quibus eft infcriptum ΜΕΓΑΛΑΣ ΗΥΒΛΑΣ (*f*): tandemque Selinuntinos etiam Nummos habemus, in quibus Hypfae Fluvii nomen Dorica inflexione fcriptum eft ΗΥΨΑΣ (*g*).

Sunt

(*a*) Vide hoc Decretum in hujus Collectionis Claffe VIII. n. III.

(*b*) Agrigentinorum Pfephifma, de quo loquitur, eft in eadem Claffe VIII. n. I.

(*c*) Svidas *Lexicon &c.* edit. Cantabrigiae Anni 1705. Vol. I. pag. 96.

(*d*) Fazellus *De Rebus Siculis* Dec. I. lib. VI. cap. I.

(*e*) [illegible] Epiftolas Anno 1695. Oxonii Graece, & [illegible] edidit Carolus Boylius, aliqua de earum fide, & vetuftate praemittens. Hoc [illegible] Richardo Bentlejo, de illis fingularem confcribendi Differtationem, quam Londini [illegible] Anno 1697. ad calcem fecundae [illegible] Henrici Wottoni, cui titulus: [illegible] & *Recentiorum eru*- [illegible] Epiftolas, [illegible] nomine [illegible] Fabulas [illegible] propofuit. Poft [illegible] inter hos eruditiffimos Viros de eo argumento quaeftio exarfit, & pluribus [illegible] Libris Anglica lingua confcriptis, propriam unusquifque fententiam pro viribus adferere conatus eft; & quamvis Vir & ipfe celeberrimus Henricus Dodwellus, duabus editis Londini Anno 1704. Differtationibus, prima nempe *De Aetate Phalaridis*, & fecunda *De Aetate Pythagorae*, nonnullas a Bentlejo propofitas chronologicas difficultates feliciter folviffet; tanti ponderis tamen fuerunt & reliquae ab eodem Bentlejo contra Epiftolarum fidem propofitae, ut de ipfius in hac controverfia victoria, & de Epiftolarum Νοθεία apud omnes conftare, manifeftum fit.

Eadem jam pridem de Epiftolis iftis mea fuit fententia Anno 1753. prolata in *Hiftoriae Alaefae* cap. 2. pag. 12. nondum eo tunc Boylii, Bentleji, & Dodwelli Libris perlectis, quam fententiam & hodie, poftquam fumma praeclariffimi Amici Thomae Hollis Londinenfis Equitis in me largitas eifdem Operibus meam auxit Bibliothecam, confirmare non dubito.

(*f*) Hyblenfes Nummos delineatos exhibuere Ubertus Goltzius, Philippus Paruta, Sigebertus Havercampus, aliique, qui ad Majorem Hyblam veterem Siciliae Civitatem eos pertinere dixerunt. Cumque vero tres in Sicilia fuiffent Hyblae, uti ex Thucydide, & Stephano Byzantino eruditiffime oftendit Thomas Fazellus *De Rebus Siculis* Dec. I. cap. 4. Major una nimirum, Minor alia, etiam Hybla Megara five Gereates dicta, tertia demum Minima, quae & Heraea vocabatur; hinc Clarifs. Petrus Burmannus Secundus in *Comment. ad Numm. Siculis* editis ad calcem *Siculorum* Jac. Phil. Dorvillii pag. 484. quodam in Nummo cum legiffet ΜΙΓΑΡΑΣ ΗΥΒΛΑΣ non vero ΜΕΓΑΛΑΣ ΗΥΒΛΑΣ, quemadmodum Goltzius, Paruta, Havercampus, & alii retulere, eum Minori, non vero Majori ex Hyblis adjudicavit. Horum Nummorum plures ego vidi, & quinque aut fex ad minus meo funt in Nummophylacio, femperque in eis nitidiffime inveni ΜΕΓΑΛΑΣ ΗΥΒΛΑΣ.

(*g*) Selinuntinos hos Nummos invenies in *Sicilia*

Nu-

Sunt aliae praeterea veteres Siciliae Civitates, de quarum Graecis primordiis, quamvis nullae apud Scriptores exſtent memoriae, ex earum vero Monumentis Dorica ea fuiſſe, omnino firmandum eſt; harum una fuit Niſa, cujus Dorica exſtat Inſcriptio, in qua legitur Ο ΔΑΜΟΣ ΤΙΣ ΝΙΣΙΣ. *Populus Niſae* (*a*). Secunda nunc mihi in mentem occurrit Alaeſa, cujus eximium habemus Monumentum Dorice ſcriptum, celeberrima nimirum Marmorea Tabula de Agrorum terminis, olim a Jano Grutero, & Georgio Gualterio edita, nunc vero ſecundis curis hac in mea Collectione denuo exſcripta (*b*); Alaeſinorum item exſtat Marmor Diogeni, Diogenis Filio, Lapironi poſitum, in quo Dorice legitur Ο ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ. *Populus Alaeſinorum* (*c*); pariterque ejuſdem Civitatis plures ſunt Nummi, quorum Epigraphes Dorica expreſſa eſt inflexione ΑΛΑΙΣΑΣ (*d*). Inter Aluntina Marmora unum prae caeteris, quo laudatur Andron Thraſii Filius, *Populi* nomen Dorica habet Dialecto ſcriptum Ο ΔΑΜΟΣ; ex quo, etiam in eo Oppido Dialectum illam invaluiſſe credendum eſt (*e*); quod etiam de Entella Civitate firmare non dubito, plures enim ejus Nummi Dorice inſcriptum praeferunt nomen ΕΝΤΕΛΛΑΣ (*f*). Quam-

Numiſmat. Philippi Parutae edita a Sigeberto Havercampo Vol. III. Tab. 122., quam etiam in Tabula Nummorum huic Collectioni praemiſſa n. x.

(*a*) De Niſa veteri Siciliae Civitate, deque ejus memorata Inſcriptione vide, quae uberius notavi ad Claſſem I. n. XI. pag. 4. hujus Operis.

(*b*) Eam vide in hujus Collect. Claſſe VIII. n. XI.

(*c*) Diogenis Lapironis Marmor invenies in Claſſe V. n. XVII.

(*d*) Plures Alaeſae Nummos primus edidi in ejuſdem Civitatis Hiſtoria Panormi impreſſa Anno 17[illegible]. Cap. IX. pag. 118.; alii item prodiere, in[illegible] quos argenteus unus, in Opere Gallice [illegible] titulus: *Recueil de Medailles &c.* [illegible] edito Anno 1763. Vol. III. Tab. 10[illegible]. [illegible] praeſtitit Clariſs. Petrus Burmannus Secundus, qui horum plures e ſchedis J[illegible] [illegible] Dorvillii ſumptos expoſuit in *Comment.* [illegible] *Siculos* ad calcem *Siculorum* ipſius D[illegible]villii pag. 401. Horum vero Alaeſae Nummorum unum inter reliquos rariſſimum, qui eſt in meo Nummophylacio, delineatum exhibeo in Tabula Nummorum his Prolegomenis praemiſſa n. [illegible].

(*e*) Hoc Aluntinum Marmor exſcripſi in hujus Operis Claſſe V. n. IV.

(*f*) Entellinorum Nummi paſſim ſunt obvii, ii praeſertim, qui Tauri figuram humana facie praeferunt, eoſque edidere Ubertus Goltzius, Philippus Paruta, Sigebertus Havercampus, aliique. Hoc biforme Monſtrum pluribus in Siciliae Civitatum Nummis occurrit, illudque Scriptores fere omnes, & quidem magni nominis, Minotauri figuram eſſe cenſuere, quam Siculae Civitates expreſſam in Nummis voluerunt ad eorum e Cretenſibus originem demonſtrandam. Hanc ſententiam me, tot doctiſſimorum Virorum generali conſenſu deceptum, etiam tenuiſſe ingenue fateor, & paſſim Monſtrum hoc Minotaurum dixi meis in ſcriptis, & praeſertim in Catalogo mei Nummophylacii edito Anno 1767. Poſtea vero a Viro Clariſſimo Jacobo Martorellio in Regio Neapolitano Lyceo Graecarum Litterarum Profeſſore eruditiſſimum Opus habui Italice ſcriptum, & Neapoli impreſſum Anno 1764. cui titulus: *Delle Antiche Colonie venute in Napoli &c.* quod ſumma aviditate cum percurrerem, locum inveni Vol. I. pag. 229. in quo fuſius de hujuſmodi figura, quae eſt in Nummis, accurate diſquiritur, & Minotaurum non eſſe eruditiſſime demonſtratur. Cretenſe ſiquidem Monſtrum ex Paſiphaes cum Tauro concubitu natum, quemadmodum fabulatores commenti ſunt, humanum habuit corpus ad collum uſque, cui ſuperimpoſitum erat Tauri caput, pro ut ex Diodoro, Apollodoro, & Hygino (quibus addi poteſt Palaephatus *De Fabuloſis Narration.* lib. I. cap. 2.) & ex veterum Monumentis, Theſei ſcilicet pictura, quae eſt in Regio Neapolitano Muſeo, & Athenienſium Nummis ipſius Theſei pugnam cum Minotauro praeferentibus, Clariſſimus Scriptor oſtendit. Cumque Siciliae, & Campaniae Populorum Nummi non Hominem Taurino capite, ſed e converſo Taurum humana facie habeant, hinc feliciter exploduntur ſententiae tot Doctorum Virorum, qui Minotauri imaginem hanc eſſe dixerant. Quae res cum ita ſit, non ſupervacaneum eſſe cenſeo ea, quae de biformi hac figura apud quoſdam Scriptores inveni, enarrare, meum de eorum ſententiis judicium breviter exponere, & eam tandem, quam aptio-

Quamvis autem ex ſupradictis, duas tantum in Sicilia viguiſſe Dialectos oſtendatur, Jonicam nempe, & Doricam, tertiam tamen inter has duas mediam ex Thucydide locum in ea habuiſſe dignoſcitur, idque in Hime-

rem credidi, proferre opinionem.

Petrus Carrera Siculus in *Monum. Hiſtoric. Catanae* lib. III. pag. 342. opinatus eſt, Minotaurum hoc in Catanae Nummis ſymbolicam eſſe figuram, qua Veteres, Aratorum curas in colendis agris labores perferentium indicare voluerunt, cui ſententiae adhaeſit Joannes Harduinus in *Notis ad Plinii Hiſtor. Natural.* lib. III. cap. 14. pag. 162.; quo tamen ex fonte ſyſtema hoc explicatum ſit neſcio, ideo inter Carrerae inventa, & Harduinici ingenii ſymptomata etiam & hoc rejiciendum duco.

Ezechiel Spanhemius, magnum in Litterarum Republica nomen, in Opere *de Praeſt. & Uſu Numiſmat.* edit. Londin. 1717. Vol. I. Diſs. V. pag. 284. Diodori, Apollodori, & Hygini veras Minotauri deſcriptiones prae oculis habuit, ſuſpicionem propoſuit, rem tamen in medio, prout ante erat, reliquit.

Vir inde doctiſſimus Alexius Symmachus Mazochius in *Comment. ad Aeneas Heracleentes Tabulas* pag. 512. Neptunum hac forma a Veteribus effigiari ſubdubitavit: quae tamen huic ſententiae adverſantur, eruditiſſime expoſuit Clariſs. Auctor Operis *De Neapolitanis Coloniis &c.* Vol. I. pag. 231.

Ejuſdem deinde Clariſs. Operis de Neapolitanis Coloniis Auctoris ſententia fuit, hanc eſſe imaginem Hebonis, cujus cultum Phoenicum Coloniae in Campaniam, & in Siciliam induxere. Nititur ejus argumentum cuidam Macrobii loco in *Saturnalibus* lib. I. cap. 18. quem jam antea protulerat Lud. Antonius Muratorius in *Novo Theſauro veter. Inſcript.* Vol. I. Claſ. I. pag. 97. in quo dicitur, Liberum Patrem eumdem ac Solem eſſe, ejuſque ſimulacra Veteres, partim puerili, partim juvenili aetate effingere ſolitos eſſe. interdum etiam barbata ſpecie, ac ſenili, uti Graeci illius, quem *Baſſarea* ſive *Briſea*, & in Campania Neapolitani *Hebonem* appellant. At, pace tanti Viri, quamvis ex Macrobii verbis Graecos, & Neapolitanos *Baſſareum* ſive *Hebonem* ſenili forma effinxiſſe certum ſit, non inde ſequitur, neque ex eo habetur, Taurino corpore, facie vero Hominis illum figurari; neque ad hoc demonſtrandum proficiunt ea, quae ex eodem Macrobio Vir Clariſs. poſterius retulit, *Naturam nempe Tauri ad Solem referri*; nam eo in loco loquitur de Zodiaci ſignis, uti ſunt Aries, Scorpio, Leo, Taurus & alia, quae juxta Macrobii mentem (qui Ethnicorum omnem cultum Soli directum eſſe ſibi perſuaſit) Veteres ad Solem referebant. His adde, mirum certe eſſe, Phoenices Hebonis figuram hac forma ſolam in Siciliam, & in Campaniam induxiſſe, nullamque de ea penitus memoriam inveniri in tot Phoenicum Coloniis paſſim per Europam, Aſiam, & Africam deductis, neque in ipſius Phoeniciae Civitatum Monumentis. Bovis demum, ſive Tauri parvum fictile Signum Neapoli effoſſum, in cujus baſi legitur:

ΝΥΜΨΙΟΥ

ΤΕΡΤΙΟΥ

ΚΟΙΝΟϹ Ο ΒΟΥϹ

a Clariſs. Scriptore pag. 255. relatum, nil ad hanc rem facere, facile quiſque cognoverit, qui ſine capite, quemadmodum ingenue idem Scriptor confeſſus eſt, inventum eſſe animadverterit.

Tandem Vir praeſtantiſſimus Petrus Burmannus Secundus in illuſtri Amſtelaedamenſium Athenaeo Hiſtor. & Graecae linguae Profeſſor in Comment. ad Nummos Siculos edito ad calcem *Siculorum* Jac. Philippi Dorvillii pag. 390., biformi hac Tauri, & Hominis figura, Veteres proximiora ipſis Flumina exprimere voluiſſe ſtatuit; en ejus verba; *Admiſſa ſemel, ac adnotata hac obſervatione* (de figura nempe Acheloi Fluminis in Oeniadarum Nummis) *eam nobis uſuvenire experiemur in aliis etiam Nummis, quos Minotauri capite inſignitos videmus jactant, in quibus non dubito, cornuta ejuſmodi capita potius referenda eſſe ad Fluvios Urbibus illis, ad quas Nummi ſpectant, vicinos*. Sententiam hanc jam pridem antea propoſuerat Petrus Carrera Siculus in Opere ſuperius citato: *Memorie Storiche di Catania &c* pag. 63. eaque figura in Gelae Urbis Nummis, Fluvium ipſum Gelam indicari firmaverat. Poſtrema haec opinio inter omnes aptior mihi viſa eſt, neque diu ad eam amplectendam anceps fui; ea enim, quae breviter exponam, meum ad hoc animum impulere.

Primo: in Ethnicorum Religione Fluvios divinos honores habuiſſe nemo negabit, qui Gerardi Joannis Voſſii *De Idololatria &c.* cap. 79. & ſequ. Juſti Fontanini *de Antiquit. Hortae &c.* Lib. I. cap. 8. Joannis Boldekii *de Cultu Fluminum &c.* aliorumque Opera percurrerit. Siculos ante omnes tali fuiſſe cultui addictos tradidit Cicero *Orat. in Verrem* Act. II. lib. IV. cap. 44., qui Cryſam Amnem ab Aſſorinis divinis cultum honoribus oſtendit, & uberius Aelianus *Variar. Hiſtor.* Lib. II. cap. 33. *In Sicilia Syracuſani Anapum Flumen Viro adſimilarunt, Aegeſtani autem Porpacem, Crymiſſum, & Thelmiſſum Virorum ſpecie venerantur*. Deque hoc plura fuſius notavi in *Collect. veter. Panormit. Inſcript.* edita Anno 1762. pag. 122.

Secundo: Fluvios Taurina forma veteres expreſſiſſe, obvium eſt, pro ut habetur ex eodem Aeliani loco citato. *Fluviorum naturam, & fluenta eorum oculis cernimus; nihilominus tamen qui colunt eos, & imagines eorum fabricantur, partim humana forma eos conjecrarunt, partim Boum figuram eis affinxerunt; Bubus quidem aſſimilant Stymphalii Eraſinum, & Metopam, Lacedaemonii vero Eurotam, Sycionii, & Phliaſii Aſopum, Argivi Cephiſſum, & a-*

Stra-

merensium Civitate fuisse ostenditur; en praeclarissimi Historici verba: *Himera quoque a Zanclanis habitata est, deductis ab Euclide, Simo, & Sacone, in quam Coloniam venerunt plurimi Chalcidenses, cum quibus habita-*

re-

Strabone *Geograph.* lib. x. *Qui autem ex Fabulis verum colligunt, Tauro similem forma Acheloum ajunt, ut & alios Fluvios ob strepitum, & flexus alveorum, qui Cornua dicuntur*: hinc Virgilius *Georg.* Lib. IV. v. 371. de Eridano.

Et gemina auratus Taurino cornua vultu
Eridanus:

Et Horatius Lib. IV. Od. 14. de Aufido.

Sic Tauriformis volvitur Aufidus,
Qui Regna Dauni praefluit Appuli
Cum saevit, horrendamque cultis
Diluviem meditatur Agris.

Tertio: Veteres humana etiam facie uno, aut duobus adjectis cornibus Fluvios effingere solebant; cujus rei perenne nobis exhibet testimonium in primis Ovidius *Metamorphos.* Lib. XIII. vers. 893. qui de Aci in Fluvium verso cum loqueretur, dixit:

Miraque res: subito media tenus exstitit alvo
Incinctus Juvenis flexis nova cornua cannis;
Qui, nisi quod major, quod toto caerulus ore est,
Acis erat, sed sic quoque erat tamen Acis in Amnem
Versus, & antiquum tenuerunt Flumina nomen.

Quod & idem observatur in pluribus Siciliae Nummis, pro ut sunt Agrigentinorum nonnulli, qui Caput juvenile cornuta fronte praeferunt, adjecta Epigraphe ΑΚΡΑΓΑΣ, qui Fluvius hodie *Dragus*, sive *S. Blasii* dictus prope ipsius Civitatis moenia decurrebat. Idem Caput juvenile cornutum habent Catanensium Nummi, addita Inscriptione ΑΜΕΝΑΝΟΣ *Amenanus*, estque is Amnis ille, qui hodie *Giudicello* dicitur. Consimilem referunt effigiem Geloorum Nummi, quibus est inscriptum ΓΕΛΑΣ; Gelae Flumen illud erat, quod hodie Incolae *Fiume di Terranova* dicunt. In Selinuntiorum Nummis Vir cernitur cornuta fronte ad Aram sacrificans, estque ei apposita vox ΗΥΨΑΣ; Hypsa Fluvius is erat, qui in Selinuntiorum agros profluebat, & dicitur hodie *Belice Sinistro*. In Camarinensium Nummis Juvenis etiam cernitur effigies fronte cornuta, cui adjicitur epigraphes ΙΠΠΑΡΙΣ ad ostendendum tali specie figurari Flumen *Hipparim*, qui prope Camarinam decurrebat. Assorensium videntur Nummi cum Juvenis imagine cornuta fronte, hydriam tenentis dextera, & Inscriptione CRYSAS, quod erat nomen Crysae Fluvii hodie *Dittaino* in Assorensium finibus profluentis; & Naxiorum tandem pariter sunt Nummi cum simili juvenili capite, addito nomine ΑΣΣΙΝΟ, quod est Assinis Fluminis, hodie *Fiume freddo*. Exstat praeterea apud Spanhemium *De Praest. & Usu Numismat.* Differt. VII. pag. 395. rarissimum Postumi Imperatoris Numisma, in quo ex una parte conspicitur Rhenus Fluvius Hominis figuram praeferens, duobus cornibus in fronte additis. Tandem luce ipsa meridiana clarius est, Acheloum Amnem eadem ipsa forma, Tauri nempe humanam habentis faciem uno, aut duobus additis cornibus, effigiatum esse in Nummis Ambraciotarum, Acharnaniorum, & Oeniadarum, qui omnes cuique patent apud Spanhemium superius citatum Vol. 1. Differt. VII. pag. 3[illegible]5. quam apud Jo: Jacobum Gessnerum in Opere cui titulus: *Numismata antiq. Populor. & Urbium* Tab. VIII. quam etiam apud Anonymum Parisinum in Collectione, quae inscribitur: *Recueil de Medailles de Peuples & de Villes &c.* Vol. 1. Tab. 12. & Tab. 13.

E quibus omnibus ad meo videri statuendum est, Monstrum hoc biforme in Campaniae Nummis figuram esse Fluviorum *Sarni*, *Vulturni*, *Sebeti*, aliorumque ea in Regione profluentium, & in illis, qui ad Siciliae Populos, & Urbes spectant, symbolum esse illorum, quae proximiora Civitatibus ipsis erant, itaut in Syracusanorum Nummis exprimatur *Anapus* Fluvius; in Catanensium aut *Amenanus* hodie dictus *Giudicello*, aut *Simetus*, qui ab Incolis vocatur *Giarretta*; in Gelensium *Gelà* Amnis hodie dictus *Fiume di Terranova*; in Nummis Panormitanorum *Oretus*, qui vetus adhuc retinet nomen; in Agyrinensium, (quorum ineditum maximi moduli Numisma, Bovem humanam faciem habentem praeferens exhibeo in Tabula Nummorum huic Operi addita n. XXIX. aut *Symetus* hodie dictus *Fiume di San Filippo*, sive *Giarretta*, aut *Crysas* vulgo *Dittaino*, ambo in Agyrinensium fines profluentes; in Nummis Tauromenitanorum *Onabala* Fluvius, qui vocatur *la Cantara*, sive *Fiume di Tavormina*; in Entellinorum, & Selinuntinorum Fluvius *Hypsa*, quem hodie dicunt *Belice Sinistro* aut Selinoem, cujus hodie nomen est *Madiuni*; in Megarensium *Alabus* Amnis, quem dicunt hodie *la Cantara*: & tandem in rarissimo Himerensium Nummo, quem e meo Nummophylacio depromptum in Tabula Nummorum huic Operi praemissa n. XXX. invenies, Taurus ille humana facie praeditus, Fluvius est *Himera septentrionalis*, hodie *Fiume grande*, qui prope ipsius Civitatis moenia decurrebat.

Post absolutam primam hujus Operis editionem a Clarifs. Viro Nicolao Ignarra, in Neapolitana Regia Academia sacrarum Litterarum Professore, eruditissimum suum habui Commentarium *de Palaestra Neapolitana*, cujus ad calcem *de Buthysiae Agone Puteolano* exstat Dissertatio, in qua pag. 232. & seq. novum de hac semibovis barbati Viri figura, quae est in Nummis tam Siciliae, quam Campaniae proponitur systema: eum esse nimirum Acheloum, qua voce Veteres non tantum Aetoliae fluvium significabant, sed fuisse apud eos commune aquarum vocabulum, symbolumque fertilitatis agrorum, & typum abundantiae; ideoque Nummos omnes hujusmodi figura insignes *Acheloios* rite nominari posse. In qua no-

va

verunt, & *Syracusani exules a contraria factione superati, qui Myletidae nominantur, atque apud hos obtinuit Lingua inter Chalcidicam, & Doricam media, sed Leges fuerunt Chalcidenses* (a). Dolendum, vetustissimae hujus Civitatis Monumenta omnia simul cum ea periisse, ita ut nullo umquam sequenti tempore, neque minimum ex eis ad auras proferre Aetas potuerit: plura namque eorum defectu de media hac, & ut ita dicam, nova Dialecto Litterato Orbi exciderunt.

Quidquid tamen de ea sit, illud profecto certum est, Siculos inter Graecos omnes tam Jonice, quam Dorice male fuisse loquutos, eorumque Idioma omni prorsus venustate caruisse, quod & in proverbium transiit apud Veteres, Plauto testante (b);

Atque adeo hoc Argumentum Graecissat, tamen
Non Atticissat, verum Sicilicissitat . . . . .

cui

va Viri Clarifs. sententia illud gratissimum mihi obvenisse fateor, & ipsum suo calculo firmare Monstrum, de quo agitur, symbolum figuramque esse [illegible] an ad Acheloum, & ad typum [illegible], & abundantiae, pro ut ipsi videtur, an potius ad contermina Fluenta Regionum illarum, & Civitatum ad quas Nummi spectant, prout superius [illegible], symbolum hoc esset referendum, ab ipsis Nummis tamquam a vivis & loquentibus [illegible], bona cum pace tanti Viri, est explorandum.

Ex ante adnotatis perspicuum est in Nummis Acragantinorum, Geloorum, Camarinensium, Selinuntinorum, Catanensium, Assorinorum, & Naxiorum Juvenes illos cornuta fronte additis inscriptionibus ΑΚΡΑΓΑΣ, ΓΕΛΑΣ, ΙΠ[illegible], [illegible], ΑΜΕΝΑΝΟΣ, CRYSAS, & [illegible] imagines esse Fluviorum *Acragantis*, *Gelae*, *Hipparis*, *Hypsae*, *Amenani*, *Crysae*, & *Assinis*, qui contermininos agros Civitatum *Agrigenti*, *Gelae*, *Camarinae*, *Selinuntis*, *Catinae*, *Assori*, & *Naxi* alluebant, ex quo id [illegible] si semibovis Viri figura inveniatur [illegible] nominibus, nil aliud indicare velle nisi Fluvium illum, cujus nomen designatur. Hoc praestant nobis in primis Geloorum Nummi passim obvii, quorum duos tresve invenies in Tabula Nummorum huic Operi praefixa num. XXIII. XXIV. XXV., in quibus biformis Monstri figurae addita est Epigraphes ΓΕΛΑΣ, idem habetur in Selinuntinorum Nummo argenteo, quem edidi in Opere, cui titulus *Siciliae Populor. & Urbium veteres Nummi &c.* Tab. LXVI. n. 6. conspicuus in ea est Taurus humana facie, & lemma additur ΣΕΛΙΝΟΕΣ, quod erat vetus nomen Fluminis illius hodie dicti *Madiuni* prope excisae Selinuntis Urbis rudera decurrentis, pro ut notavit Clarifs. Amicus in *Lexic. Topograph. Siciliae* Vol. II. pag. 324. His addi possunt Hieronis Syracusarum, & Gelae Tyranni alii Nummi, qui in antica praeferunt Equorum currus, & nomen ΙΕΡΩΝΟΣ, in postica vero facie semivirum Bovem adjecta voce ΓΕΛΑΣ (hos edidit Paruta in *Sicil. Numism.* quorum unum invenies in Tabula Nummorum huic Operi praefixa n. XXIII.) e quibus id certo firmari oportet, quod si Bovis figura ad Acheloum esset referenda non ΓΕΛΑΣ, quod nomen est Fluvii *Gelae*, sed ΑΧΕΛΩΟΣ potius in eis fuisset inscriptum. Neque hic dicatur ΓΕΛΑΣ & ΣΕΛΙΝΟΕΣ voces esse adhibitas ad indicandum nomina Urbium *Gelae* & *Selinuntis*, ad quas Nummi spectant; perspicuum est enim ex aliis quamplurimis earum Civitatum Nummis gentilitia earum Civium nomina in eis expressa tantummodo esse ΓΕΛΩΙΩΝ & ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ vel ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΝΩΝ.

Haec de biformi Monstro sunt, quae habui; ut tamen ad Entellinorum Nummos Dorice inscriptos, unde digressa est oratio, revertatur; horum duos, qui sunt penes me, duxi exhibendos in Tabula Nummorum huic Operi adjecta n. II. & III. Primus Inscriptionem habet ΕΝΤΕΛΛΑΣ, estque in eo ex una parte Caput senile peculiari cassidе tectum, ex alia vero Pegasus. Alter vero, qui est rarissimus, Caput habet Cereris, aut Proserpinae cum Epigraphe ΕΝΤΕΛΛΑΣ, ex adverso vero Pegasum, & Inscriptionem ΚΑΜΠΑΝΩΝ; a quo Nummo luculentissime illustrantur ea, quae Diodorus *Biblioth. Histor.* Lib. XIV. cap. 9. scripserat de Campanis Dionysii Syracusarum Tyranni Mercenariis, qui Entellam dolo occupaverunt; en praeclarissimi Historici verba: *Campani tum Entellam profecti, persuasis Civibus, ut Inquilinorum jus sibi concederent, noctu per insidias ingressos quotquot [illegible], Uxoribusque illorum in matrimonium adscitis, Urbis possessionem sibi usurparunt.*

(a) Thucydides *Histor.* Lib. VI.

(b) Plautus in *Comoed. Menaechmi* Prolog. v. 12.

cui Plauti loco omnes fere ejus Commentatores eumdem tribuunt fenfum, intellexiffe nimirum veterem Comoedum, quod quamvis e Graecia defumptum effet Comoediae illius argumentum, nil tamen in ea, quoad locutionem Atticae puritatis inveniri, fed Siculam potius ruditatem omnia redolere; ideoque *Siciliffare* idem effe ac: *Graece ut Siculi male loqui*.

Plauto M. Tullius confentire videtur, qui in difertiffima illa *Divinatione* in Q. Caecilium Siculum, de Accufatore in caufa C. Verris conftituendo ea, quae bono Oratori funt neceffaria enumerans, ita in Adverfarium dixit (*a*): *In quo fi te multum natura adjuvaret, fi optimis a pueritia difciplinis, atque artibus ftuduiffes, & in his elaboraffes, fi Literas Graecas Athenis, non Lilybaei, Latinas Romae, non in Sicilia didiciffes, tamen effet magnum, tantam cauffam, tam expectatam, & diligentia confequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & voce, & viribus fuftinere*; qua in periodo verba illa, *fi Literas Graecas Athenis non Lilybaei, Latinas Romae non in Sicilia didiciffes* Afconius Pedianus, & ex illo omnes fere recentiores Ciceronis Expofitores eo referunt, quod nempe Siculi neutra Lingua bene utebantur (*b*). Qua in re illud potiffimum animadvertendum, habuiffe Siculos omnes in idiomate peculiares, ut ita dicam, idiotifmos, propriaque vocabula Graecorum reliquis non communia, quemadmodum e pluribus veteribus Scriptoribus dignofcitur. Harum dictionum, five vocum feptem, quae funt ΑΣΧΕΔΩΡΟΣ (*c*), ΓΕΛΑ (*d*), ΣΥΦΑΡΑ (*e*), ΦΘΙΝΟΠΩΡΙΣΜΟΣ (*f*), ΚΩΘΩΝΑ (*g*), ΒΑΜΒΑ (*h*), ΠΙΣΥΝΟΣ (*i*) ex Athenaeo, Hefychio, Stephano, Euftatio, aliifque collegit Vir eruditiffimus Michael Maittairius (*k*). Plurimae item inveniuntur apud Theocritum, & in Epicharmi fragmentis faepe ab Athenaeo memoratis, quibus addi poffunt ΖΑΝΚΛΗ (*l*), ΕΔΙ-

ΚΩ-

(*a*) Cicero *Divinatio in C. Verrem* cap. XII.

(*b*) Vide, quae Jofephus Olivetus fcripfit ad hunc Ciceronis locum in editione ipfius Auctoris Operum ad ufum Sereniff. Delphini &c.

(*c*) ΑΣΧΕΔΩΡΟΣ a Siculis dicebatur Aper, quem Graecorum reliqui vocabant ΣΥΑΓΡΟΝ, quemadmodum dixit Athenaeus *Deipnofoph.* Lib. IX. cap. 14. *Nec me porro fugit eos, qui Siciliam incolunt, Aprum vocare Afchedorum &c.*

(*d*) ΓΕΛΑ. Opicorum vox, & Siculorum, qua exprimunt Glaciem, ΠΑΧΝΗΝ a Graecis communiter dictam. V. Stephanum *De Urbibus*. V. Γέλα.

(*e*) ΣΥΦΑΡΑ. ita Siculi dicebant lactis fupereminentem rugofam pelliculam. V. *Scholiaft.* Nicandri pag. 70. & Jo: Scapulae *Lexic. Graec.* V. Συφαρ.

(*f*) ΦΘΙΝΟΠΩΡΙΣΜΟΣ. Autumnum ita Siculi vocabant ex Ananii teftimonio apud Athenaeum Lib. VII. cap. 17.

(*g*) ΚΩΘΩΝΑ Pifcem Gobium iidem Siceliotae dicebant: *Gobium a Siculis Cothonem appellari fcribunt Nicander Colophonius in Gloffis, & Apollodorus in fuis Commentariis de Sophronis verfibus*. Athenaeus ut fupra Lib. VII. cap. 17.

(*h*) ΒΑΜΒΑ Syracufani appellabant Colorem, qui a Graecis reliquis dicebatur ΒΑΜΜΑ. V. Hefychium. V. Βάμμα.

(*i*) ΠΙΣΥΝΟΣ Syracufanorum Lingua idem erat ac ΠΕΠΟΙΘΩΣ. *Confifus, Fretus &c.* Vide Euftatium ad Homeri *Iliadem* Cap. V. v. 205.

(*k*) Maittairius *Graecae Linguae Dialecti &c.* P. III. pag. 280. edit. Hagae Comit. 1738.

(*l*) Falcem quam Graeci dicebant ΔΡΕΠΑΝΗΝ Siculi ΖΑΝΚΛΟΝ appellabant ex Thucydidis *Hiftor.* Lib. VI. *Siquidem Falcem Siculi Zanclon appellant*.

ΚΩΘΗΣΑΝ (*a*), ΛΑΤΑΓΗ (*b*), ΝΟΥΜΜΟΣ (*c*), ΓΕΡΡΑ (*d*), & alia quam plurima, quae apud veteres Graecos Scriptores cuique facile est invenire.

Quod reliquum est, antequam finis huic Dissertationi imponatur, id notatu dignum venit, Siculorum Graecum Idioma, quod prius inconditum erat, non mediocrem temporum decursu habuisse variationem, eamque tam magni momenti fuisse, ut quae scripta priscis temporibus erant, ea nullo modo Posteri intelligerent. Desumitur hoc e Syracusanorum Historia. Ea fuit in Urbe Diocles quidam, qui Olympiadis XCIII. Anno I. Leges Syracusanis conscripsit a suo nomine Diocleas dictas. Has porro Leges denuo exscriptas dedere Cephalus sub Timoleonte, & Polydorus regnante Hierone II. qui vere non Legumlatores, sed potius ipsarum Legum interpretes fuere, ex eo quia Leges Dioclis aevo prisca Lingua conscriptas, Rempublicam administrante Timoleonte primum, & exinde imperante Hierone, non bene omnes intelligebant, de quo ita Diodorus: *Ex Civibus deligunt Syracusani, qui prudentia maxime praestare videbantur, quorum clarissimus fuit Diocles: nam adeo mentis solertia, & nominis celebritate alios supergressus est, ut Leges communi omnium opera scriptae, Diocleae tamen ab illo nuncuparentur. Nec vivus tamen hic Vir in admiratione habitus fuit Syracusanis, sed mortuo etiam heroicos tribuerunt honores, exstructo ad memoriam illius Templo, quod a Dionysio postmodum in eductione novi Muri est destructum. Quin caeteri quoque Siculi Virum hunc magni fecerunt, multae igitur per Insulam hanc Civitates ad Leges illius Rempublicam conformarunt, donec omnes Siciliae Populos Romani Civitate sua donarunt. Etiamsi autem posteris inde temporibus, cum Timoleon imperaret Cephalus, & Hierone regnante Polydorus, Leges Syracusanis tulerint, neutrum tamen Legislatorem, sed interpretem Legislatoris nominarunt, propterea quod Leges prisca Lingua conscriptae intellectu difficiles essent* (*e*).

Quod Graecorum Idiomati in Sicilia, idem & aliis eo antiquioribus obvenisse certum est; nil enim magis mutationi obnoxium, quam Populorum Linguae, quibus aut propter finitimorum commercia, & in alias Terras transmigrationes, aut ob novas Colonias, & exterorum arma victricia tan-

tum

(*a*) ΕΔΙΚΩΘΗΣΑΝ. Hac voce Siculi exprimebant eorum condemnationem, qui supplicio destinati erant, quae a reliquis Graecorum pronunciabatur ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΣΑΝ, quod habetur ex Ciceronis *Orat. in Verrem* Lib. V. cap. 57. *Sed scriptum exstat in iisdem Literis, quod iste Homo barbarus, & dissolutus neque attendere unquam, neque intelligere potuit* ΕΔΙΚΩΘΗΣΑΝ, inquit, *hoc est, ut Siculi loquuntur, Supplicio affecti, & necati sunt*.

(*b*) ΛΑΤΑΓΗ. Item Siculorum vox erat, qua designabatur illud humoris, quod epoto poculo remanet, pro ut habebatur ex Dicaearcho Milesio in Libro de Alcaeo, cujus meminit Athenaeus *Deipnosoph.* Lib. XV. pag. 666. edit. Lugdun. 1657. Deque hoc vide Joannis Scapulae *Lexicon Graecum* verbo ΛΑΤΑΞ.

(*c*) ΝΟΥΜΜΟΣ. Siculorum Doriensium vox, qua Monetam appellabant, quod memoratur a Julio Polluce *Onomast.* Lib. IX. cap. 6. *Nummus vero Romanum videtur Numismatis nomen: est vero Graecum Doriensium, qui in Italia, & Sicilia habitarunt &c.*

(*d*) ΓΕΡΡΑ. Apud Siculos ita dicebantur tam Virorum, quam Mulierum pudenda. Vide Svidae *Lexicon &c.* edit. Cantabrig. 1705. Vol. I. pag. 476.

(*e*) Diodori *Biblioth. Histor.* Lib. XIII. cap. 35.

tum novitatis inducitur, ut vix credi poſſit, eaſdem eſſe cum illis, quae erant antea. Antiquiſſima quae omnium fuit olim Hebraeorum Lingua, poſt Babylonicam Annorum LXX. captivitatem adeo vulgaris apud reduces Hebraeos eſſe deſiit, ut denuo Sacros Libros, nova ab eis aſſumpta Lingua, conſcribi oportuerit, ut ab omnibus intelligerentur (*a*). Idem Aegyptiorum accidit Idiomati, poſtquam viciſſim Perſae, Graeci, Romani, & Saraceni illius Regionis dominatum obtinuere (*b*).

Perſarum Idioma pene reddidit obſoletum Medorum Lingua, quae poſtmodum & ipſa ea in Regione non ſemper invaluit; nam poſt multas mutationes, quae in Perſia acciderunt per irruptiones, & mixturam variarum Gentium, quae eam ſubjugarunt, Romanorum ſcilicet, Arabum, Turcarum &c. Perſarum, & Medorum Lingua multis fuit obnoxia variationibus (*c*), & quae paucae ipſius reliquiae remanent, hae non alibi, quam in veterum Graecorum ſcriptis ſparſim inveniuntur (*d*).

Tandem, ut ad res noſtras propius accedamus, obvium eſt, idem in maxima illa Romae Urbe Latinae Linguae obveniſſe; nam quae antiquiſſima habemus ipſius Monumenta, pro ut ſunt Saliorum verſus a Numa ſecundo Romanorum Rege compoſiti, qui uti memoravit Quintilianus (*e*), vix ab ipſis Sacerdotibus intelligebantur: Fragmenta Regiarum Legum apud Feſtum; Leges duodecim Tabularum paullo poſt tertium ab Urbe condita Saeculum ſcriptae; itemque Inſcriptio Columnae roſtratae Caji Duillii Anno U. C. CCCCXCIII. exarata; Epitaphium Lucii Scipionis illius, qui de ſubactis Sardinia, & Corſica Inſulis Anno U. C. CCCCXCIV. triumphavit; alii nuper ejuſdem Corneliae Scipionum familiae ſepulchrales Romae detecti tituli; Senatus Conſultum de Bacchanalibus Anno 1640. in Brutiis repertum, quod in Caeſareo Vindobonenſi Muſeo modo ſervatur, & nonnulla alia illorum temporum vetuſtatis reliqua, eo diverſe ſcripta videntur ab ea Lingua, qua poſtmodum Auctores aevi Auguſti Caeſaris uſi ſunt, ut vix ambas ex unica fonte promanaſſe credatur. Sexto deinceps ab U. C. Saeculo M. Accius Plautus, & P. Terentius Afer Comoedias ſcripſere, quarum plures etiam habemus, & in eis Latinum Idioma, quamvis rude adhuc, & inconditum, nimis tamen ab eo, quo praecedentium temporum Romani uſi fuerant, in me-

(*a*) De Hebraeorum Linguae poſt Babylonicam captivitatem mutatione vide, quae eruditiſſime notavere Samuel Bochartus in *Phaleg.* Lib. I. cap. XV. & Brianus Waltonus tam in *Praefatione Introduct. ad Lect. Linguar. Oriental. &c.* edit. Londini 1655. cap. XI. & XXXIII. quam etiam in Diſſertatione *De Lingua Hebraica, & ejus antiquitate*, quae eſt in Prolegomenis ad *Biblia Polyglotta* cap. XXIV. pag. 18.

(*b*) Plura de Aegyptiae Linguae mutationibus ſcripſit Chriſtianus Gottulffius Blumbergius in Opere, cui titulus: *Fundamenta Linguae Copticae &c.* edito Lipſiae 1716. pag. 13. in Praefat.

(*c*) Fuſius hoc argumentum maxima eruditionis copia illuſtravit Thomas Hyde in *Hiſtoria Religionis veterum Perſarum, Parthorum, & Medorum* cap. XXXV. edit. Londinenſis 1760. pag. 422. & ſeq.

(*d*) Veteris Linguae Perſicae ΛΕΙΨΑΝΑ ſummo ſtudio collegit Guilielmus Burtonus, eaque Londini Anno 1657. Typis edidit ad calcem ſui Operis, cui titulus: *Graecae Linguae Hiſtoria &c.*

(*e*) Quintilianus *Inſtituit.* Lib. I. cap. 6.

melius profeciſſe videtur. Hanc Latini Sermonis adoleſcentiam ita in M. Catonis Cenſorii ſcriptis invenit Cicero, ut de illis hoc non dubitaverit proferre judicium: *Antiquior eſt hujus ſermo, & quaedam horridiora verba; ita enim loquebantur* (*a*). Neque diverſe Horatius (*b*):

> *Ut ſilvae foliis pronos mutantur in Annos,*
> *Prima cadunt: ita verborum vetus interit Aetas,*
> *Et juvenum ritu, florent modo nata, vigentque.*

Labente tandem Republica, & ineunte Imperio ad ſummae perfectionis gradum Romanorum Idioma pervenit, ideoque aetas illa jure Latinitatis aureum Saeculum dicta fuit, & ipſius aevi Scriptores Cornelius Nepos, M. Tullius Cicero, Criſpus Salluſtius, C. Julius Caeſar, Titus Livius, aliique, & inter Poetas Virgilius, Horatius, Ovidius, & caeteri tamquam perfectae Latinitatis exemplaria ab omnibus proponuntur. At de hoc ſatis, qui tamen idem argumentum latius delibare voluerit, Scriptores illos adeat, qui de Latinae Linguae primordiis, ſtatu, & declinatione ex inſtituto tractavere (*c*).

Quae de Graecis Siculorum Dialectis dicenda erant haec ſunt, e quibus colligitur, in Sicilia non unicam viguiſſe Dialectum, ſed & Doricam, & Jonicam locum obtinuiſſe. Tertiam quoque, quae media inter has duas fuit, Himerenſes tenuiſſe. Siculos male inter Graecorum reliquos fuiſſe loquutos: peculiares eorum Linguam voces, propriaque verba habuiſſe, eamque tandem temporum decurſu varias feciſſe mutationes.

(*a*) Cicero in *Bruto* cap. XVII., ex cujus teſtimonio clariſſime infertur, Librum M. Catonis, quem habemus *De Re Ruſtica* non ea Lingua, qua ſcriptum fuit, ad nos perveniſſe, ſed ab exſcriptoribus ad uſum communis intelligentiae accommodatum, de quo ſubdubitavit Clariſſ. Jo: Mathias Geſnerus in *Praefat. ad collect. Veterum Rei ruſticae Scriptorum &c.* Lipſiae editam Anno 1735.

(*b*) Horatius *De Arte Poetica* V. 60.

(*c*) Scriptores omnes, qui fuſius hoc argumentum illuſtravere, adnotatos invenies in Jo: Georgii Walchii Opere cui titulus: *Hiſtoria Critica Linguae Latinae* cap. I. §. I. pag. 19. edit. Coloniae 1734. quibus addi etiam poteſt V. C. Joannes Swintonus in *Diſſertatione de priſcis Romanor. Litteris*, quam edidit Oxonii Anno 1746.




De

II.

De Graeca Siculorum Palaeographia.

SCribendi artem, quemadmodum & alia ad civilem vitam utilia inventa, in Graeciam primi Phoenices induxere, ex quo Graecorum Litteras initio Phoeniciis consimiles fuisse non est dubitandum (*a*). In iis vero efformandis tantam progressu temporum varietatem Graeci admisere, ut dissimillimas prorsus a primitivis fuisse, fatendum sit. Cum tamen nec uno eodem tempore, neque aequaliter in omnibus veteris Graeciae Regionibus tanta haec immutatio facta fuerit, hinc plurima in dies effodiuntur Monumenta, prout sunt Numismata, & Inscriptiones, in quibus, quamvis Graece inscriptis, characterum tamen specimina a communibus Graecorum Litteris longe aliena inveniuntur. Eorum itaque cognitionem cuique in Antiquitatum studiis adhuc initiato pernecessariam omnino esse nemo negabit. Quis enim Palaeographiae imperitus Graece scripta duxerit Marmor Sigeum (*b*), Anaglyphum Manthei (si tamen & hoc inter sinceras Vetustatis reli-

(*a*) Cadmum Phoenicem in Graeciam scribendi nesciam Litteras induxisse, Auctor est Historicorum Princeps Herodotus Halicarnasseus *Histor.* Lib. V. cap. 58. quam sententiam plurimorum veterum Scriptorum testimoniis firmavere Brianus Waltonus tam in *Introduct. ad Lection. Linguar. Oriental. &c.* cap. 86. in Praefat. quam etiam in Dissertatione *De Litteris sive Characteribus, & ipsarum usu*, quae est in Prolegomenis ad *Biblia Polyglotta* cap. IX. pag. 8. Samuel Bochartus in *Chanaam*, sive *De Coloniis Phoenicum &c.* Lib. I. cap. 20. Val. Ernestus Loescherus in eximio Opere *De Graeciae Originibus &c.* Lib. II. Thomas Hyde in pag. 51. *Commentarior.* ad Abrahami Peritsolii Opus, cui titulus: *Itinera Mundi &c.* nuper Anno 1767. Londini editum in Collectione Operum minorum ipsius Hydii a V. C. Gregorio Sharpio, Sigebertus Havercampus in cap. I. *Dissertationis de Litterar. Graecar. varia scriptura & forma &c.* quam invenies in Collectione, cui titulus: *Sylloge Scriptorum, qui de Linguae Graecae vera, & recta pronuciatione Commentarios reliquerunt &c.* Lugd. Batav. Anno 1736., & plures alii, quos omnes haud facile est hic una referre. Contrariam tamen protulere opinionem Athanasius Kirkerius in *Prodromo Linguae Coptae*, & Joannes Marshamus in *Canone Chronico* ad Saecul. IX. Aegyptios non Phoenices scribendi usum in Graeciam intulisse, ipsumque Cadmum Aegyptium, non Phoenicem esse statuentes. Horum tamen systema, & quidem maxima cum eruditionis copia, rejecere pro Herodoti sententia viriliter pugnantes Jacobus Bouhierius in *Dissert. de priscis Graecor. & Latinor. Litteris* edita ad calcem *Palaeographiae Graecae* Montfauconii, itemque ipse Bernardus Montfauconius in ejusdem *Palaeographiae* Lib. II. cap. I. Eusebius Renaudotus in Dissertatione Gallice scripta, cui titulus: *Memoire sur l'origine des Lettres Grecques* edita in Vol. II. pag. 246. *Memoires de l'Academie Royale des Inscript. & belles Lettres*, & Auctores alterius Operis Parisiis Anno 1750. impressi, cui titulus: *Nouveau Traité de Diplomatique* Vol. I. cap. V. Et quamvis Joannes Jacksonus in *Antiquitatibus Chronologicis antiquissimor. Regnorum* [illegible] Germanice [illegible] a Christiano Ernesto Windheimio Anno 1756. Norimbergae iterum editis, Pelasgos in Graeciam, & Italiam scribendi usum, [illegible] ante Cecropis, Deaucalionis, & Cadmi aetates induxisse firmaverit, tamen Pelasgos ipsos origine Phoenices esse pluribus argumentis ostendere conatus est.

(*b*) Sigeam Inscriptionem neminem latet spectatissimum esse totius Asiae Monumentum. Jacet ipsa inter Sigeum veteris Troadis Promontorium, & Amnis Scamandri campum, ante fores cujusdam Templi Christianorum. Eam omnium primus exscribendam curavit Gulielmus Sherardus, & postea abunde, & egregie illustravit Edmundus Chishullius peculiari Commentario Londini primum edito Anno 1721. qui & iterum prodiit Anno 1728. inter ejusdem Chishullii *Antiquitates Asiaticas &c.*

reliquias erit accensendum) (*a*), Deliacam Inscriptionem (*b*), Marmor Amycleense (*c*), Parisiensis Regiae Academiae Athenienses Tabulas necrologicas (*d*), Columnas Herodis Attici (*e*), aliaque ejusdem generis Monumenta, cum tot, tantisque Litterarum figuris prorsus a communibus Graecorum diversis ea videat abundare? Hac potissimum ratione ducti, eaque necessitate compulsi praestantissimi quamplures Viri, ut aliis opem ferrent, qui in Antiquitatum Graecarum studiis operam navare voluerint, quas magno insumpto tempore, & labore sparsim in veterum Monumentis Litterarum figuras invenere, omnes uno in conspectu redigere curaverunt, redactasque publicae consulentes utilitati edidere. Inter hos omnes merito primas tenuit Eduardus Bernardus, qui Anno MDCLXXXIX. plurima Graecorum edidit Alphabeta. Post eum immortalis memoriae Vir Bernardus Montfauconius ingentes in Graecis examinandis Monumentis labores exantlavit, & *De Graeca Palaeographia* Anno MDCCVIII. Volumen edidit, in quo Characterum diversa specimina exposuit, & illustravit. Tanti Viri Opus eximium Gregorius Placentinius in compendium redigere Anno MDCCXXV. conatus est, quod & Joannes Baptista Bianconius Anno MDCCXLVIII. etiam praestitit, plurima colligens, quae Bernardo, Montfauconio, & Placentinio non innotuere. Postremus tandem hanc in Palaestram ingressus est Everardus Au[illegible]chius suis in *Institutionibus*, quas Antiquitatis Cultoribus Anno MDCCLVI. proposuit.

Cum tamen Sicula Monumenta Graecorum veterum Characterum nova specimina illis jam antea cognitis adderent, hinc duxi in Volumine *Panormitanarum Inscriptionum* edito Anno MDCCLXII. ea ad lucem proferre, & omnia ad Patrias Antiquitates pertinentia unico conspectu demonstrare; neque hoc fuit satis, alia namque Siculas omnes Inscriptiones mihi colligenti obvenere: non frustraneum ergo laborem esse existimavi, iterum Eruditorum oculis hic ea omnia seorsim exponere, de ipsorum vetustate aliqua dicere, consimilia externis in Monumentis perquirere, loca tandem,

(*a*) Manthei Anaglyphum primus illustravit Josephus Bimardus Dissertatione edita in limine Voluminis primi *Novi Thesauri Veter. Inscript.* Clariss. Lud. Ant. Muratorii, recentioris tamen Aevi figmentum hoc esse non dubitavit asserere Vir magnus Scipio Maffejus in Epist. ad celeb. Canonicum Alex. Symmachum Mazochium edita in *Museo Veronensi* pag. 405. & seq.

(*b*) Deliacam Inscriptionem invenit, & accuratissime exscripsit Jo: Pittonus de Turnefort, eamque edidit in sui *Itinerarii Orientalis* Epist. VII. Eam postea Bernardus Montfauconius iterum evulgavit in *Palaeographiae Graecae* Lib. 2. pag. 121.

(*c*) Vetustissimum hoc Marmor, in quo series est inscripta Sacerdotum Mulierum Templi Apollinis Amycleensis, inter Templi ejusdem rudera detexit Michael de Fourmont Regiae Inscript. & Human. Litterar. Parisiensis Academiae Socius, ejus exemplar est in eximio Opere edito Anno 1750. cui titulus: *Nouveau Traité de Diplomatique &c.* Vol. I. cap. IX. pag. 616.

(*d*) Hae sunt notissimae Tabulae Baudelotianae, quarum Characterum specimina edidit Montfauconius in *Palaeographiae Graecae* Lib. 2. cap. I. quod postmodum etiam praestitit Maffejus in *Antiq. Galliae Select.* Epist. XIX.

(*e*) Hae Columnae Romae olim in Museo Farnesiani Palatii servabantur, ideoque Farnesianae dictae; eas edidit Janus Gruterus in *Antiqu. Inscr.* pag. 27. & singulari tractatu explicavit Claudius Salmasius. Extant nunc Neapoli in Regio Museo.

dem, e quibus ea deprompſi, demonſtrare; idque eo animo perficere aggreſſus ſum, ne cum de ſingulis Inſcriptionibus, in quibus exſtant, acturus ſim, ea ſigillatim notare cogar, quod & me taedio, & Lectorem nauſea afficere poſſe non dubitavi.

De Littera A.

Hujus Litterae Figurae, quae paſſim in Siculis Monumentis conſpiciuntur, hae ſunt.

1.	2.	3.	4.	5.	6.
ᚨ	Α	Α	λ	λ	λ

Prima, cui conſimilis eſt in Alphabeto Celtiberico edito a Joſepho Velazquez (*a*), obſervatur in Nummo Segeſtanorum publici Bononienſis Muſei, quemadmodum notavit Joannes Bianconius (*b*). Secunda in Syracuſano Nummo ejuſdem Muſei, teſte eodem Scriptore; huic habetur conſimilis in Amyclea Taleoclis Archelai Filii Inſcriptione edita in Academiae Pariſinae Monumentis (*c*). Tertiam exhibet argenteus Nummus Meſſanenſis, qui penes me eſt, in quo legitur ΔΑΝΚΛΕ pro ΖΑΝΚΛΕ (*d*); pariterque obſervatur in Catanenſi, & Tauromenitano Anulis Claſ. XVI. pag. 219. III. & pag. 220. XII., conſimilem huic Litterae figuram habent Sigea Inſcriptio, Antiſthenis Philoſophi, ſive melius Antiſſae Civitatis Nummi apud Nicol. Franciſcum Haymum (*e*), & Britannica Inſcriptio Herculi Tyrio dicata edita a Joanne Horslejo (*f*). Quarta eſt in Catanenſi Agathae Chriſtiano Epitaphio Claſ. XVII. n. VIII. Quinta, cui ſimilis proſtat in Alphabeto Heraclii condito ab Eduardo Bernardo (*g*), conſpicitur in Ca-

(*a*) Aloyſius Joſephus de Velazquez in Opere Hiſpano idiomate edito Matriti Anno 1752. cui titulus: *Enſayo ſobre los Alphabetos de las Letras deſconocidas, que ſe encuentran en las mas antiguas Medallas, y Monumentos de Eſpaña* Tab. V.

(*b*) Joannes Bianconius *De Antiq. Hebraeorum, & Graecor. Literis* edit. 1748. pag. 55.

(*c*) *Explication de trois anciennes Inſcriptions, qui ont etè trouvees dans le Temple d' Apollon Amycleen* in Vol. XVI. pag. 101. *Memoires de l' Academie des Inſcriptions, & belles Lettres &c.*

(*d*) Hic Nummus eſt in Tabula Numiſmatum huic Operi praepoſita n. IV.

(*e*) Nicol. Franciſcus Haymus in *Theſauro Britannico* edit. Vindobon. 1763. Vol. I. Tab. XII.

(*f*) Joannes Horslejus in Opere, cui titulus: *Britannia Romana &c.* Cap. II. Tab. 35. n. 106. edit. Londin. 1732.

(*g*) Eduardus Bernardus Anno 1689., quemadmodum ſupra dictum eſt, edidit: *Orbis eruditi Literaturam a charactere Samaritico deductam &c.* plurima ſunt in ea veterum Graecorum, Latino-

Catanensi Inscriptione *Petronii* edita primum a Vito Maria de Amico (*a*), & exinde in hujus Operis Classe XIV. n. CVIII. Sexta demum communis est usus in Siculis Lapidibus, praesertim Christianis.

Γ

Quae hujus Litterae Γ figurae e Siculis Monumentis mihi innotuere, binae sunt.

1. 2.

< C

Prima consimilis Etrusci Alphabeti Litterae G, quae & observatur in Inscriptione Sigea (*b*), est in Agrigentinorum Nummis, quos Bianconius loco supra citato notavit. Secunda locum habet in Nummis Gelae a Philippo Paruta editis (*c*), in quibus est inscriptum CΕΛΑΣ pro ΓΕΛΑΣ, quam etiam in aliis Segestanorum apud Jac. Phil. Dorvillium (*d*), & Agrigentinorum, quos memoravit Vir summus Ezechiel Spanhemius (*e*). Eos omnes habes in mea nova Siculorum Numorum editione (*f*).

---

norum, aliarumque Gentium Alphabeta. Ea omnia nuper unicam in Tabulam redacta, aliisque supplementis auxit V. C. Carolus Mortonus Soc. Regiae Londin. a Secretis, quam Londini edidit Anno 1759. Hanc Tabulam mihi humanissimè aliis cum eruditissimis Libris in Magnae Britanniae Regnis impressis, in sui erga me benefici animi argumentum, dono misit Vir doctissimus Londinensis Eques Thomas Hollis.

(*a*) Vitus M. Amicus in *Catanae illustratae &c.* Vol. III. lib. X. cap. 5. pag. 254.

(*b*) Vide Edmundi Chishullii *Comment. ad Inscript. Sigeam*, de qua supra cap. XII.

(*c*) Philippus Paruta in *Sicilia Numismat.* edita a Sigeberto Havercampo Anno 1727. Vol. III. Tab. C. & CI. Hoc etiam notavit idem Chishullius ut supra cap. XIV. pag. 25. Vide Tab. Nummorum huic Operi praefixam n. XXIV. & XXV.

(*d*) Vide *Commentarium ad Sicula Numismata* Jac. Philippi Dorvillii editum a Clariss. Petro Burmanno Secundo ad calcem *Siculorum* ipsius Dorvillii pag. 396.

(*e*) Ezech. Spanhemius *De Usu, & Praest. Numismat.* Vol. I. Differt. 2. cap. 2. pag. 102. edit. Londin. 1717.

(*f*) *Siciliae Populor. & Urbium, Regum quoque & Tyrannorum veteres Nummi, Saracenorum Epocham antecedentes. Panormi* 1781.

Ma-



Mutationes Litterae Δ hae ſunt:

1.	2.	3.
ⲇ	Ρ	Ρ

Prima, quae eſt ſimilis Litterae *Dalda* Coptici, ſive Aegyptiaci Alphabeti, eſt in Aluntino Marmore Claſ. X. n. XLV., & in Bonifae Catanenſi Epitaphio Claſ. XVII. n. XV., quaeque obſervatur in Britannico ſuperius relato Herculi Tyrio dicato Lapide, & in Itacenſium Inſcriptione edita a C. V. Paullo M. Paciaudio (*a*). Secunda in Meſſanenſi argenteo Nummo penes me (*b*), in quo Dorice (Dores enim Z in Δ commutabant (*c*)) legitur ΔΑΝΚΛΕ pro ΖΑΝΚΛΕ, eaque videtur in Hiſpanicis Turdetano, & Celtiberico Alphabetis editis a Clariſſ. Velazquez, de quibus ſuperius dictum eſt. Tertia demum conſpicitur in altero ejuſdem Civitatis Nummo apud Parutam (*d*).



Haec Littera duplicem obtinuit a communi diſſimilem formam apud Siculos:

1.	2.
Є	Ɛ

Prima occurrit in Nummis Thermitanorum, & Entellinorum, quibus eſt Inſcriptum ЄΝΤЄΛΛΙΝΩΝ, & ΘЄΡΜΙΤΑΝ, hos habes in ſupra citata veterum Siculorum Nummorum nova editione Tab. XXIX. & XC., eaque paſſim adhibita videtur plurimis in Siculis Inſcriptionibus. De tempore tamen, quo pri-

(*a*) Paulli Mariae Paciaudii *Monumenta Peloponenſia* Vol. I. pag. 142.

(*b*) In Tabula Nummorum huic Operi praemiſſa n. IV.

(*c*) De hac Dorienſium Litterae Z in Δ mutatione adeat, qui plura cupit, Clariſſ. Bern. Montfauconii *Antiquitates explic.* Vol. I. lib. I. cap. 5. item ejuſdem *Palaeographiae Graecae* Lib. II cap. 3. nec non Michaelis Maittairii Opus *De Graecae Linguae Dialectis* Par. III. pag. 141. edit. Hagae Comit. 1738. & Gregorii Placentinii *Palaeographiae Graecae Epitomen.* cap. I. pag. 5.

(*d*) Phil. Paruta edit. Havercampi Tab. XX. n. I.

primum in Graecum Alphabetum forma haec fuerit inducta, variè inter Scriptores certatum est; communis tamen opinio ea fuit, prima Romani Imperii tempora non excessisse. Hanc sententiam, quàm & rei antiquariae primores Ezechiel Spanhemius nempe, Jacobus Sponius, Bernardus Montfauconius, Eduardus Corsinius, aliique tenuere, rejiciendam esse fusius demonstravi in Volumine *Veter. Panormit. Inscript.* pag. 237. & seqq. litteraeque Ͼ originem altius repetendam esse proposui, eximii Geloorum Psephismatis potissimum ductu, in quo promiscuè Lapicida E, & Ͼ figuris usus est. Celeberrimum Marmor hoc in Opere exscriptum est Clas. VIII. num. III. idque Romani Imperii Epocham trium ad minus Saeculorum spatio antecedere ex eo constat, quod Gela a Phintia Agrigentinorum Tyranno penitus fuit deleta, ejusque Cives patria submoti ad novam a se conditam Civitatem, Phintiadis nomine, habitandam fuere translati, pro ut habetur ex Diodoro (*a*). Quae & alia cum scripsissem, summopere postea laetatus sum perspiciens hanc quoque Ͼ Litterae figuram inveniri in antiquissimis Phariensium, Amycleorum, & Tyriensium Monumentis (*b*), & praesertim in Archedami Agesilai Lacedaemoniorum Regis Filii Inscriptione (*c*). Secunda demum Litterae E figura, passim in Siculis Marmoribus a Georgio Gualterio exscriptis est obvia: dubitatio tamen mihi suboritur, eamdem eam esse cum Littera Ͼ, ob Typorum commoditatem tali forma a Gualterio exaratam.

Z

Z Litterae forma a communi Graecorum Alphabeto diversa haec est tantummodo in Siculis Monumentis.

⌶

Eaque observatur in Cleagorae Panormitano Lapide Clas. I. num. XVIII., in Alaesino de Agrorum terminis Marmore Clas. VIII. num. XI., in Segestanorum Nummis, quibus est inscriptum ΣΕΓΕΣΤΑ⌶ΙΒ (*d*), & in Sy-

(*a*) Vide Diodori Siculi *Eclogam* ex Lib. XX. edit. Wesselingii Vol. II. pag. 435.

(*b*) Michael Fourmontius in Dissertatione Gallice scripta, cui titulus: *Remarques sur trois Inscriptions trouvees dans la Grece*, quae est in Vol. XV. pag. 395. *Memoires de l' Academie des Inscript. & belles Lettres*.

(*c*) In superius relata: *Explication de trois anciennes Inscriptions trouvees dans le Temple d' Apollon Amycleen &c.*

(*d*) De his Segestanorum Nummis plura sunt dicenda in sequenti Exercitatione *De Veterum Siculorum Epochis Chronologicis, deque eorum Anni, & Mensium ratione* §. I.

Syracusanorum Nummo penes me, in quo legitur ΙΕΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ (*a*), fuit haec vetustissima apud Graecos ipsius litterae forma, quemadmodum notavit Edmundus Chishullius: *Vetus ejus figura* Ι *paulatim in* Ζ *deflexa est* (*b*).




Θ Litteram prout & alii, etiam veteres Siceliotae diversimode scripserunt: ejus figurae, quae hactenus innotuere, hae sunt:



Prior forma, quae habetur in Alphabeto Heracleensium Tabularum edito a Viro eruditissimo Philippo Carteret (*c*), est passim obvia in Syracusanis, Catanensibus, aliorumque Civitatum Lapidibus in hoc Opere exscriptis. Secunda est in Messanensibus Epitaphiis, quae vide Clas. VI. n. XII. & Clas. XIV. n. XX. Tertia in Agathoclis Nummo publici Musei Bononiensis ex Jo: Bianconio. Quarta in Petronii, & Agathae Catanensibus Lapidibus Clas. XIV. n. CVIII. & XVII. n. VIII. Quintam demum inspexit V. C. Erasmus Froelichius in quodam Theronis Agrigentinorum Tyranni Nummo Collegii Vindobonensis (*d*); pariterque habetur in quodam Catanensi fictili Vase, cujus Epigraphem invenies in hujus Operis Classe XVI. pag. 249. num. v. De hac litterae quadrata forma plura invenies adnotata a Sigeberto Havercampo (*e*).

K

Hanc quoque Litteram, rarò ab aliis Graecis immutatam, Siculi alias in figuras aliquando verterunt, quae sunt:



Primum hujus Litterae specimen, cui simile videtur in Alphabeto Graeco

(*a*) V. Tabulam Nummorum his Prolegomenis praepositam n. v.

(*b*) Vide Edmundi Chishullii *Comment. ad Inscript. Sigeam* cap. XII. in Collect. *Antiquit. Asiaticar.* edita Londini Anno 1728. pag. 20.

(*c*) Philippus Carteret *An Account of a copper Table containing two Inscriptions in the Greek, and Latin Tongues discovered in the Year* 1732. *near Heraclea &c.* Tab. III. edit. Londin. Anni 1760.

(*d*) Erasmus Froelichius *Notitia Elementar. Numismat. Antiq.* cap. VIII. pag. 132.

(*e*) Sigeb. Havercampus in Dissertatione superius notata *De Litterar. Graecar. varia scriptura, & forma* cap. IX.

co Cadmi edito a Clariff. Carolo Mortonio (*a*), eſt in vetuſtioribus Syracuſanorum argenteis Nummis a me editis (*b*). Ex hac Litterae K figura, Latinos ſuum Q hauſiſſe facile mihi perſuadeo; deque ea conſulenda ſunt, quae ſcripſerunt Joh. Georgius Wachterus (*c*), & Sigebertus Havercampus (*d*). Secunda eſt in quodam Catanenſi fictili Vaſe, cujus Inſcriptionem invenies in hujus Operis Claſſe XVI. pag. 249. n. V.

Λ

Formae hujus Litterae diverſae in Siculis Monumentis hae ſunt:

1.	2.	3.	4.
ⱶ	V	λ	λ

Prima eſt vetuſtiſſima, prodit namque ex Sigea Inſcriptione, & ex necrologicis Athenienſium Tabulis Regii Pariſienſis Muſei; eam referunt Meſſanenſis Nummus apud Havercampum (*e*), & Leontinenſis penes me, quem edidi inter Siciliae veteres Nummos (*f*). Secundam inſpexit Joannes Bianconius in quodam Geloorum Nummo Muſei publici Bononienſis (*g*); hanc tamen ego eamdem ac Λ Litterae figuram inverſe poſitam cenſeo. Tertia exſtat in Aluntino Lapide hujus Collectionis Claſ. X. num. XLV., in Catanenſi Agathae Chriſtiano Epitaphio Claſ. XVII. num. VIII. & paſſim in aliis. Quarta demum in Nummo Phintiae Agrigentinorum Tyranni edito ab Havercampo (*h*).

M

De M Littera haec tantum diverſa inveniuntur ſpecimina:

1.	2.	3.
μ	Ϻ	μ

Obſervatur prima, quae ſimilis eſt Litterae *Mi* Coptici, ſive Aegyptiaci Alphabeti, in Catullini Claſſis XIV. num. XXXI. & in Chriſtiano pluries no-

(*a*) *Tabula Litterar. Alphabetor. Eduardi Bernardi* edita Londini a V. C. Carolo Mortonio Anno 1759., de qua paulo ante in littera A dictum eſt.

(*b*) *Siciliae Populor. & Urb. Veteres Nummi &c.* Tab. LXXV.

(*c*) Joh. Georgius Wachterus in *Archaelog. Nummar.* cap. VIII. pag. 96.

(*d*) Sigeb. Havercampus *Diſſertat. de veter. Litter. Graecar. Script.* cap. X.

(*e*) Idem Havercampus in *Sicil. Numiſmat.* Vol. III. Tab. XX. n. I.

(*f*) *Siciliae Populor. & Urb. Veteres Numi &c.* Tab. XXXIX. n. 3.

(*g*) Jo: Bianconius *De antiq. Hebraeor. & Graecor. Litteris* edit. 1748. pag. 56.

(*h*) Sigeb. Havercampus in *Sicil. Numiſm.* Vol. III. Tab. CLIV. n. 3.

notato Agathae Catanensibus Epitaphiis, item in alio Boniphae Classis XVII. n. xv., quam etiam in Syracusano Theodoti titulo ejusdem Classis n. LVIII. & in Leocatensi aeneo Sigillo Clas. XVI. pag. 224. n. xxx. Idem hujus litterae specimen refert Urna Sexti Varii Marcelli Imp. Elagabali Patris, Anno 1764. prope Velitras effossa, quam S. P. Q. Veliternus in novum Museum Clementinum Vaticanum, Romae summa providentia Clementis PP. XIV. erectum, induxit. Secunda est in Catanensibus Lapidibus Clas. XIV. n. LXXXI., & Clas. XVII. n. LXIV. Tertia demum in aeneo Sigillo Clas. XVI. pag. 222. n. XIII. estque ea ejusdem Litterae M forma in Graecorum Alphabeto obvia, quam vulgo minorem dicimus.

N

Duas item Siculis in Monumentis diversas formas obtinuit Littera N, quae hac sunt.

1. 2.

Prima conspicitur in Leontinorum quibusdam argenteis Nummis penes me (*a*). Figura haec est vetustissima, habetur enim in Inscriptione Sigea, in Amycleo Archidami Agesilai Filii superius notato Marmore, ac etiam in Hispanicis Celtiberico, & Turdetano Alphabetis (*b*). Secunda, quam ego potius Lapicidarum, & Monetariorum imperitiae adjudico, est in Vettii Maurici Ennensi Epitaphio Clas. XIV. num. XXII.; pariterque occurrit in Agrigentinis Nummis apud Phil. Parutam (*c*), & in Panormitano Caesaris Augusti effigie signato penes me (*d*).

Ξ

Ordine sequitur Littera Ξ, cujus variantes apud Siculos formae hae fuere:

1. 2. 3. 4. 5. 6.

Prior

(*a*) Leontinorum horum Numismatum unum est in Tabula Nummorum his Prolegomenis praeposita sub n. VI.

(*b*) Aloys. Josephus Velazquez *Ensayo &c.* ut supra.


(*c*) Phil. Paruta in *Sicil. Numism.* edit. Lugdun. Anni 1697.

(*d*) Est in Tabula Numism. hoc in Opere edita n. VII.

Prior figura invenitur in Agathae Christiano Epitaphio Clas. XVII. n. VIII. eaque observatur in Urna Sexti Varii Marcelli Imp. Elagabali Patris, de qua supra dictum est. Secunda est in Meviae Panormitano Lapide Clas. XIV. n. LXXXVII. Tertia in Tessera Hospitali Lilybaetana, hoc in Opere edita Clas. VII. num. XX. ac in Tauromenitani Gymnasii Tabulis Clas. VIII. n. VI. & VII. Quarta, quae Tabulis Heracleensibus fuit communis, quemadmodum patet ex eorum Alphabeto superius citato (*a*), est in Messanensi Lapide Clas. I. num. XIX., item in Alaesina Inscriptione de Agrorum terminis Clas. VIII. num. XI., in Tabulis Tauromenitani Gymnasii paullo ante citatis, & in argenteo Naxiorum Nummo, qui est in meo Nummophylacio. Quinta item in Naxiorum Nummis, qui Epigraphem habent NAXION pro ΝΑΞΙΩΝ: horum ego plures habeo, quos omnes edidi in nova Siculorum Nummorum Sylloge (*b*). Sexta demum est in Lapide, qui ad Thermas Catanenses pertinet, quem exscripsi in Classe VII. num. V., ac etiam in Catanensi Christiano Epitaphio Classis XVII. num. LXXXV.

O

Duas tantum mutationes in Siculis Monumentis O parvum habuisse, perspectum est:



Prima passim habetur in Siculis Inscriptionibus, praesertim Catanensibus, & Syracusanis; videtur etiam in Geloorum Psephismate Clas. VIII. n. III., & in Tauromenitani Gymnasii Tabulis ejusdem Clas. VIII. n. VI. & VII. Secunda hujus Litterae est forma vetustissima, pro ut habetur ex Amyntae I. Macedoniae Regis Nummo edito ab Ezechiele Spanhemio (*c*), a Laurentio Begero (*d*), & a Jo: Jacobo Gessnero (*e*); occurrit ea in Panormitano Marmore Regiae Academiae Musei Clas. XVIII. n. XXX., pariterque in Cheozusae Syracusano Epitaphio Clas. XIV. num. XXXIII., & in Catanensi fictili Vase, cujus Epigraphem invenies in Classe XVI. pag. 249. n. V.

Lit-

(*a*) Phil. Carteret *An Account &c.* ut supra de littera Θ.

(*b*) *Sicil. Populor. & Urbium Veteres Nummi* Tab. LIII.

(*c*) Ezechiel Spanhemius *De Praest. & Usu Numism.* Vol. I. Differt. I. pag. 17. edit. Londin. 1717.

(*d*) Laur. Begerus in *Thesauro Brandeburg.* Vol. III. pag. 4.

(*e*) Jo: Jacobus Gessnerus *Numism. Regum Macedoniae &c.* Tab. I. n. I.

Π

Littera Π binas fortita eſt apud Siculos mutationes; quae ſunt:

1. 2.

Г Π

Prima eſt ipſius Litterae forma antiquiſſima; quae occurrit in Inſcriptione Sigea, & in Celtiberico, & Turdetano Alphabetis. Sicula Monumenta plurima ſunt, quae eam referunt, quorum potiſſima Inſcriptio votiva Syracuſana Claſ. I. num. I., Meſſanenſis alia ejuſdem Claſſis num. XIX., Drepanitarum denique, & Liparenſium Nummi apud Philippum Parutam (*a*), itemque & alii Icetae Syracuſanorum Tyranni penes me, quibus eſt inſcriptum EΓΙ IKETA (*b*). Secunda obſervatur in Chriſtiano Agathae Epitaphio Claſ. XVII. num. VIII.

P

Haec Littera P plurimas habuit formas, quae ſubjiciuntur:

1. 2. 3. 4. 5. 6.

R Я P D ▷ R

Obſervatur prima in Nummis Agrigentinorum, Himerenſium, & Erycinorum (*c*), deque ea plurima notavit Sigebertus Havercampus (*d*). Secunda in Syracuſanorum Nummo ex eodem Paruta (*e*), quam vero formam eamdem eſſe cum ſuperiori fatendum eſt; Nummi enim Inſcriptio a dextra ad laevam Orientalium Populorum more eſt exarata. Tertia eſt in Segeſtano Marmore Muſei Martiniani Claſ. VII. num. VIII.. Quarta occurrit in Liparenſium Nummo apud Phil. Parutam (*f*), cui conſimilem refert Columna marmorea Piſauri in Oliverio Muſeo adſervata, quam commentario illuſtra-

(*a*) Phil. Paruta *Sicil. Numiſm.* ex edit. Havercampi Tab. LXXXIII. & Tab. CXXXVII. num. 3. & 4.

(*b*) Vide Tabulam Nummorum huic Operi praefixam n. VIII.

(*c*) Phil. Paruta ut ſupra Tab. LXXIX. n. 17. & Tab. XCII. n. 6. eoſque habes in nova mea Siculorum Nummor. editione Tab. V. XXX. & XXXV.

(*d*) Sigeb. Havercampus in *Diſſert. de veteri Litterar. Graecar. Script.* cap. XIV. pag. 278.

(*e*) Phil. Paruta Tab. XXXVIII. n. 4.

(*f*) Phil. Paruta in edit. Lugdunenſi Marci Mejeri ſub n. 2. Nummorum Liparenſium.

ſtravit ſummae eruditionis Vir Eduardus Corſinus, & inter Peloponenſia Monumenta edidit Clariſſ. Paullus M. Paciaudius (*a*). Quinta in Epitaphio Vettii Maurici, Claſ. XIV. num. XXII.; in Cheozuſae Syracuſano titulo ejuſdem Claſſis num. XXXIII., & in inedito argenteo Thermitanorum Nummo penes me (*b*). Habetur hujus Litterae forma in Marmore Deliaco edito a Jo: Pittono Tournefortio (*c*), atque a Bernardo Montfauconio (*d*), pariterque in Tabulis Heracleenſibus illuſtratis a V. C. Alexio Symmacho Mazochio (*e*). Sexta demum eſt in Syracuſanorum Nummo, publici Bononienſis Muſei, quem Joannes Bianconius inſpexit, & paſſim in Acragantinorum, & Himerenſium argenteis Nummis.

Σ

Variationes fere omnes, quas apud Veteres Graecos obtinuit Littera Σ, admiſerunt etiam Siculi. Hae ſunt:

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
C	Ƨ	Ꮂ	W	M	Ʃ	Ɛ	ϟ

Prima haec forma C paſſim eſt obvia in Siculis Inſcriptionibus, eamque habent Agyrinenſium, Soluntinorum, & Syracuſanorum (*f*) Nummi. Geloorum Pſephiſma Claſ. VIII. num. III., in quo etiam haec Littera obſervatur, manifeſte ejus vetuſtatem demonſtrat, quodque ſuperius de Littera Є notavi etiam de lunata Σ figura dici poteſt. Secunda eſt in Meſſanenſium argenteis Nummis (*g*), quibus inſcriptum eſt MESSANION, eſtque haec forma antiquiſſima; videtur enim in Alphabeto Etruſco, pariterque in vetuſtiſſimo Marmore, quod Londini ſervatur penes Comitem Pembrochiae, a Clariſſ. Lud. Antonio Muratorio edito (*h*). Tertia vulgaris eſt uſus in Siculis Marmoribus; eam habent Segeſtana Muſei Martiniani Inſcriptio Claſ. VII. num. VIII., Syracuſana paſſim, & Catanenſia Epitaphia. Ezechiel Spanhemius (*i*) tardius arbitratus eſt hanc formam in Nummos, & in Lapides fuiſſe inductam, idque Antoninorum aevo eveniſſe affirmare non dubitavit;

(*a*) Paulli M. Paciaudii *Monum. Peloponenſia &c.* Vol. I. pag. 78.

(*b*) Vide Tabulam Nummorum huic Operi praefixam n. XX.

(*c*) Jo: Pittonus de Tournefort in Opere Gallice ſcripto, cui titulus: *Relation d'un Voyage du Levant. &c.* Vol. I. epiſt. VII. pag. 360. edit. Lugd. 1727.

(*d*) Vide Bernardi Montfauconii *Palaeographiam Graecam* Lib. II. pag. 121.

(*e*) Alex. Symm. Mazochius in *Comment.* ad *Regii Muſei Heracleenſes Tabulas &c.*

(*f*) Eos vide in meo *de Siciliae Nummis* Opere Tabb. XI. LXVII. & LXXX.

(*g*) Ibidem Tab. XLVII.

(*h*) Lud. Antonius Muratorius in *Novo Theſauro Veter. Inſcript.* Vol. IV. pag. 1989. n. 5.

(*i*) Ezechiel Spanhemius *De Praeſt. & Uſu Numiſmat.* Vol. I. diſſ. 2.

vit: at non ſolum Aſcalonitarum Nummi ſub Caeſaris Auguſti Imperio percuſſi (*a*), & alii Herodis Antipae, quos Eminentiſſimus Henricus Noriſius illuſtravit (*b*), Spanhemii ſententiam refellunt, verum etiam Marmor ſupradictum Archidami Ageſilai Filii Lacedaemoniorum Regis, quem trecentis, & amplius ante Auguſti aetatem Annis vixiſſe certum eſt, hanc Litterae figuram exhibent; hinc miror, Clariſſ. Hieremiam a Bennettis, tam facile, poſt hanc detectam veritatem, obſoletam Spanhemii ſententiam noſtris hiſce diebus in medium proferre non dubitaſſe (*c*). Quarta, & quinta Litterae Σ formae obſervantur in Syracuſanis Nummis a Jo: Bianconio inſpectis (*d*); has tamen ego communes eſſe ejuſdem Litterae figuras inverſo tamen ordine in Nummis diſpoſitas, pro certo habeo. Sexta eſt in iiſdem Syracuſanorum Nummis (*e*), & quoque in Agathae Epitaphio, quod habes in hujus Operis Claſ. XII. n. v. pag. 153. Septima eſt in Nummo Agrigentinorum a Phil. Paruta jam edito (*f*). Poſtrema tandem, cui habetur ſimilis in Inſcriptione Sigea, & in priſcis Graecorum Alphabetis, quos edidere Joannes Bianconius, & Aloyſius Joſephus Velazquez, ut ſupra, eſt in Catanenſi quodam fictili Vaſe, cujus Inſcriptionem invenies in Claſſe XVI. pag. 249. num. v., ac pariter in argenteo Syracuſanorum Nummo penes me (*g*).

Y

Litterae Y mutationes apud Siculos hae fuere:

1. V 2. y 3. V

Primam, quam etiam refert Inſcriptio Sigèa (*h*), habent Syracuſanorum Nummi apud Phil. Parutam (*i*), item Selinuntiorum, quorum unus eſt penes me, in quo legitur ΗVΨΑΣ (*k*), ac quoque eadem Littera conſpicitur in aeneo Pondere, quod Panormi ſervatur in Regiae Academiae Muſeo, & invenies in hujus Operis Claſſe XVI. pag. 243.

Secunda eſt in Catanenſi Agathae Chriſtiano Epitaphio Claſ. XVII. n. VIII. Ter-

(*a*) Vide Em. Henrici Noris *Epochas Syro-Maced.* Diſſert. v.

(*b*) Ejuſdem Diſſert. *De Nummo Herodis &c.* Edidit etiam hos Herodis Nummos Jo. Jacobus Geſſnerus in Collectione cui titulus: *Numiſmata Regum minorum Gentium &c.* Tab. XI. n. 12. & 13.

(*c*) Hieremias a Bennettis in Opere cui titulus: *Chronologia, & Critica Hiſtoriae Sacrae, & Profanae* Vol. I. pag. 52. edit. Romae 1766.

(*d*) Jo: Bianconius loco ſuperius notato.

(*e*) *Sicil. Veteres Nummi* Tab. LXXVIII. n. 4.

(*f*) Phil. Paruta ex edit. Havercampi Tab. LXXVIII. num. 5.

(*g*) *Sicil. Veteres Nummi &c.* Tab. LXXVII. n. 9.

(*h*) Edmundus Chishullius in *Comment. ad Inſcript. Sigeam* §. XII. ut ſupra.

(*i*) Idem Paruta Tab. XXXVII. n. 5.

(*k*) Hic Selinuntiorum Nummus eſt in Tabula Numiſm. huic Operi praepoſita n. x.

Tertia demum in Syracusano sepulchrali Christiano Titulo, quod exscriptum invenies in Classe XVII. num. LXXXII.

Φ

Quae de Littera Φ inveniuntur formae diversae, hae sunt:



Prima, quae observatur in Cizycenis Marmoribus Musei Regii Parisiensis editis a Clariss. Comite de Caylus (*a*), & in Seleuci Regis Numismate apud Franc. Haymum (*b*), est in Tauromenitano Nummo penes me (*c*). Secunda in Nummis Philistidis Syracusanorum Reginae etiam penes me (*d*), quod & notavit Bianconius. Tertia in Agrigentinorum Psephismate Clas. VIII. num. I., in Catanensi Cornelii Agathemeri Epitaphio Clas. XI. num. XII., in Aluntino Marmore Clas. X. num. XLV.; & passim in aliis Monumentis.

X

X Littera sequentem tantum apud Siculos habuit variationem.

⌛

Ea exarata conspicitur in quodam Catanensi fictili Vase, cujus Epigraphes est in Classe XVI. pag. 249. num. V.

Ψ

Huius Litterae Ψ unam tantum a communi dissimilem formam Sicula Monumenta demonstrant.

ѱ

Videtur illa in quodam Selinuntinorum argenteo Nummo penes me, cui est inscriptum HYѱAΣ (*e*).

For-

(*a*) Caylus in Opere Gallice scripto, cui titulus: *Recueil des Antiquités* Vol. II. Tab. LXX. & LXXI.

(*b*) Nic. Francis. Haymus in *Thesauro Britannico* edit. Vindobon. Vol. I. Tab. III. n. 5.


(*c*) Vide Tabulam Nummorum huic Operi praepositam n. XI.

(*d*) In eadem Tabula n. XII.

(*e*) Ibidem.

Ω

Formae demum diversae a consueta Litterae Ω figura, sunt quae sequuntur:



Prima, cui consimilis habetur in Alphabeto Celtiberico edito ab Aloys. Josepho de Velazquez (*a*), occurrit in Aluntino Marmore Clas. X. num. XLV. Secunda in Agrigentinorum, & Geloorum Decretis Clas. VIII. num. I. & III., in Tabulis Tauromenitani Gymnasii, quae sunt in eadem Classe num. VI. & VII., & in Nummo Jaetinorum penes me, cui est inscriptum ΙΑΙΤΙΝΩΝ (*b*). Tertia communis est usus in Lapidibus Siculis, exstat etiam in Nummis Soluntinorum, & Entellinorum (*c*). Quarta conspicitur in quodam Syracusanae Inscriptionis Fragmento Clas. XVIII. num. XX. Quinta, cui consimilis observatur in Nummo Acrasiotarum apud Nicol. Franc. Haymum (*d*), est in Alontinorum Nummo (*e*). Sexta in Figulina Syracusana A[illegible]ri Clas. XVI. pag. 232. num. III., & in Syracusano Christiano Epitaphio Clas. XVII. n. XLI. Septima in Liburnea hospitali Tessera Lilybaei reperta, quae est in Classe VII. num. XX. Octava in quodam Entellinorum Nummo (*f*). Nona in Liparensium Nummo, quem edidit Burmannus (*g*). Decima tandem in Liparensi Basilii Inscriptione Class. XIV. num. XXI.

Haec sunt, quae de Graecarum Litterarum diversis figuris Siculis in Monumentis diutius observatis dicenda habui; restat ut Lectorem meum moneam, ne ad firmandam veterum Inscriptionum aetatem ex hisce Characterum figuris solummodo argumenta sumat; nam vetustissimae quae olim fuerunt Litterae saepe in recentioris Aevi Lapidibus videntur insculptae, & quas sequior Aetas suis in Monumentis passim admisit, has aliquando in antiquioribus Marmoribus Veteres etiam adhibuisse compertum est: quod pluries cum animadvertisset celeberrimus Scipio Maffejus, cujus judicium in hoc eruditionis genere magna ubique pollet auctoritate, sententiam hanc veluti firmissimum rei Lapidariae Canonem scriptis committere non dubitavit (*h*).

(*a*) Aloys. Josephus Velazquez *Ensayo &c.* de quo supra.

(*b*) In Tabula Nummorum ut supra n. XIII.

(*c*) *Sicil. Popul. & Urb. Nummi &c.* Tab. XXIX. & LXVII.

(*d*) Nicol. Franc. Haymus in *Thesauri Britan.* Vol. II. Tab. X. n. 4. edit. Vindobon. Anni 1765.

(*e*) *Sicil. Popul. & Urb. Nummi &c.* Tab. XIV.

(*f*) Ibidem Tab. XXIX.

(*g*) Vide Tab. [illegible] Nummor. in Vol. II. *Siculor.* Dorvillii, ac quoque meum Opus *Siciliae Popul. & Urb. Nummi &c.* Tab. [illegible] n. 3.

(*h*) Vide Scipionis Maffeji Opus, cui titulus: *Ars Critica Lapidaria &c.* editionis Lucensis [illegible], quam Clar. Vir Sebastianus Donatus curavit Lib. III. cap. I. can. 2.

III.

De Litterarum Nexibus Siculis in Monumentis inſpectis; obiter de eorum uſu, & vetuſtate.

EA viguit apud quoſdam Litteratos Viros opinio, raro Veteres in Nummis, nunquam vero in lapideis, & aeneis Tabulis Litteras contraxiſſe, quorum unus Chriſtophorus Cellarius earum nexus a recta ſcribendi methodo *tamquam Antiquitati ignotos* eliminavit (*a*). Secus tamen paſſim Veterum inſcripta Monumenta tam Graeca, quam Latina demonſtrant, eaque Litterarum hujuſmodi conjunctionibus undique abundare videmus, ut ſaepe duae vel tres Litterae, & aliquando quatuor, & quinque unicam figuram efficiant; quae res, cum ipſo Sole meridiano clarior ſit, Viros ſummos Bernardum Montfauconium, & Ezechielem Spanhemium ita perſuaſos reddidit, ut primus hoc non dubitaverit proferre judicium: *In Nummis antiquis obſervantur Monogrammata non pauca, ubi aliquot litteris ſimul complicatis nomina Civitatum, Deorum, & Virorum illuſtrium exprimuntur, ita ut interdum litterae omnes unius nominis in Monogrammate compareant, nonnunquam vero tres, quatuorve tantum nominis litterae* (*b*); neque diverſe Spanhemius: *Huc referri etiam debent compendia ſcribendi apud Veteres uſitata ex peculiari quodam variarum litterarum inter ſe nexu. Talia certe plurima in vetuſtiſſimis Graecorum juxta & Latinorum Nummis occurrunt, quibus ſcripturae apud Veteres ratio non parum etiam illuſtratur. Singularis id genus artificii ductus maxime in aliquot Tyri, Amyi, Panormi, aliiſque ineditis Graecorum Nummis notavi ſaepius, in quibus quinque, & ſex litterae in unam eleganter ſociatae, & contractae ſeſe offerunt. Nec praeter uſus alios, inanis ea obſervatio illis videbitur, qui ex antiquis litterarum id genus compendiis aut non intellectis, aut neglectis, plurimos Librariorum errores paſſim in priſcos Auctores irrepſiſſe, aut Inſcriptiones varias perperam hactenus traditas compertum habent* (*c*).

Si exquiratur item, qua aetate litterarum hae conjunctiones in Veterum Monumenta inductae fuerint, ab antiquis certe temporibus hoc factum eſſe, ſtatuendum erit; nam (ut de plurimis ſileam tam Graeciae, quam Siciliae Populorum, & Urbium Nummis, quorum aetas haud facile definiri po-

(*a*) Chriſt. Cellarius in Opere: *Ortographia Latina ex antiquis Monumentis illuſtrata &c.*

(*b*) Bernard. Montfauconius *Palaeographia Graeca* Lib. II. cap. 4.

(*c*) Ezechiel Spanhemius *De Praeſt. & Uſu Numiſm.* Vol. I. Diſſert. 2. pag. 123. edit. Londin. 1717.

potest) iis nexibus abundare videmus Phariensia, Amyclea, & Tyria vetustissima Marmora a Viro Clariss. Michaele Fourmontio edita (*a*); veterum quorumdam Europae, & Asiae Populorum, ac quoque Regum Macedoniae, Syriae, & Aegypti Numismata, quae omnia apud Nicolaum Franciscum Haymum (*b*), Jo: Jacobum Gessnerum (*c*), Erasmum Froelichium (*d*), & Fridericum Sigismundum Witzlebenium (*e*), cuique facile est percurrere; pariterque in Atheniensi Marmore, quod Londini in Aedibus Comitis Sandvicensis asservatur, Anno circiter CCCLXX. ante natum JESUM CHRISTUM inscripto, notam hanc ΠΤ pro Π, & Τ perspicuum est inveniri (*f*), & demum in Gelonis Syracusanorum Regis argenteo Nummo, qui omnes Reges Macedoniae, Syriae, & Aegypti supra memoratos aetate longe praecedit (*g*), itemque in aliis Hieronis I., Agathoclis, & Hieronis II. (*h*) Litterarum nexus hac forma Ε. ΑΡ. ΗΡ. nitidissime observantur.

Ad omnium tamen Syracusarum, caeterorumque Siciliae Regum Nummorum vetustatem propugnandam, Viri doctissimi, & magni in Litterarum Republica nominis Ezechielis Spanhemii, qui nimis durum de eis protulit judicium, firmioribus argumentis sententiae occurrere non abs re esse arbitror. Ea summi Viri fuit persuasio (*i*) *Non omnes Nummos, qui Siciliae Regum Capita proferunt, florentibus iis esse percussos, sed quosdam diu forte post eorum obitum renovatos, ad memoriam superiorum temporum, & quidem ut opinari licet in Urbe elegantiarum omnium studiosissima Syracusarum nempe &c.* Qua divisione proposita, Nummos omnes Gelonis, Hieronis I., Dionysii, Agathoclis, & Hieronis II. *quorum Capita Diademate in iis ornata conspiciuntur*, in renovatorum classem rejecit. Ejus de novo systemate, quae sequuntur, sunt argumenta. Statuit primo Diadematis usum *recenter ab Alexandri Magni Successoribus e Regio Persarum dominatu fuisse depromptum*, quod & antea jam proposuerat his verbis (*k*): *Diadema Persarum Regum more accepit Alexander . . . . . . retentum fuit ab Alexandri Successoribus, & eorum exemplo ab aliis dein Asiae, & Europae Regibus usurpa-*

(*a*) Michael Fourmontius *Remarques sur trois Inscriptions trouvees dans la Grece* in Vol. xv. pag. 395. *Memoires de l'Academie des Inscript. & Belles Lettres &c.*

(*b*) Nic. Franc. Haymi *Thesaurus Britannicus* Vol. I. Tab. [illegible]. & Vol. II. Tab. 2. & Tab. 4. edition. Vindobon. Anni 1763.

(*c*) Io. Iac. Gesneri *Numism. Regum Macedoniae*, item *Numism. Regum Syriae* edit. Tiguri 1738.

(*d*) Erasmus Froelichius in Tab. xx. Nummor. ad calcem *Annal. Regum Syriae &c.*

(*e*) M. Frid. Sigism. Witzleben *Selecta quaedam Numism. Graeca inedita &c.* Lipsiae 1754. pag. 20.

(*f*) Vide Joannis Taylori Opus editum Cantabrigiae Anno 1743. cui titulus: *Marmor Sandvicense cum Commentario &c.* pag. 42.

(*g*) Vide Tab. xvi. Nummor. Siculor. quos edidit & illustravit V. C. Petrus Burmannus Secundus ad calcem *Siculorum* Jac. Phil. Dorvillii n. 1.

(*h*) Tria haec inedita Numismata e meo Nummophylacio deprompta exhibentur in Tabula Nummorum huic Operi praeposita sub n. xiv. xv. & xvi.

(*i*) Ezech. Spanhemius *De Praest. & Usu Numismat.* Vol. I. Differt. viii. cap. 12. edit. Londin. 1717.

(*k*) Idem Spanhemius in cap. iii. ejusd. Differt. viii.

patum; progrediens inde ad Siculorum Regum exempla, testimonium affert Titi Livii, qui primum Hieronymi aspectum Regio apparatu illo decoratum Syracusanorum animos perculisse narravit: *Nam qui per tot Annos Hieronem, Filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a caeteris Civibus vidissent, conspexere purpuram, ac Diadema, ac Satellites armatos &c.* (*a*), & exinde alium profert Diodori locum, in quo legitur; *Agathoclem adeptum Regis titulo, Diademate tamen abstinuisse* (*b*), e quibus inferre sibi persuasit, nullum Siculorum Regum ante Hieronymum Diadematis usum admisisse, Nummosque omnes proinde, qui diademata eorum Capita praeferunt, ad Hieronymo posteriora tempora esse relegandos, tanquam percussos ad rerum veterum memoriam renovandam.

In hac nova, & ut ita dicam nimis praecipitanter a V. C. prolata sententia illud in primis mirari subit, hoc loco statuisse, Diadematis usum Europae Regibus ante Alexandrum fuisse ignotum, qui paullo ante in eadem Dissertatione Nummos memorans Archelai illius, qui nonum diu ante Alexandrum inter Macedonum Reges locum obtinuit, his verbis eos descripserat: *Cum vultu juvenili, diademato Capite, & Equo Thessalico, &c.* (*c*) Neque in serie Macedonum Regum ante Alexandrum Archelai solum extant Nummi diademata Capita praeferentes; sunt enim etiam & alii ejusdem formae Regis Philippi ipsius Alexandri Patris, quos edidere Christ. Sigismundus Liebius (*d*), Jo: Jacobus Gessnerus (*e*), aliique.

Ad Siculos vero quod attinet, quis credet Dionysii, & Agathoclis memorias, quas Syracusani, & Siculi omnes ob illorum tyrannidem, saevitias, & scelera execrati sunt, sat diu post ipsorum mortem novis hisce percussis Nummis renovatas fuisse? Neque Titi Livii, & Diodori superius relata testimonia strictiori illo sensu, quo Vir doctissimus voluit, sunt accipienda, ut credere consentaneum sit, ex eo quia neque Agathocles, neque Hiero II. Diadematis usum in proprio ornatu adhibuere, hoc etiam a reliquis Regibus factitatum esse; & licet hoc, juxta sensum V. C. accipiatur, non inde sequitur, quia Syracusani Reges a Diadematis usu se abstinebant, vetitum ex eo esse Monetariis, aliisque Officinae Nummariae Ministris eo ornamento, quod proprium erat Regiae Dignitatis, illorum Capita in Nummis delineare. Romano-Germanici nostri temporis Imperatores lauri Coronam neque publice, neque privatim gestant, quemadmodum veteres Caesares, & Augusti solebant, attamen undique eorum Nummi percutiuntur, in quibus eorum Capita laurea illa Corona, quod proprium Imperialis Dignitatis est insigne, exornata videntur. Discrimen illud

(*a*) Titi Livii *Historia Romana* Lib. XXIV. cap. 5.

(*b*) Diodori Siculi *Biblioth. Histor.* Lib. XX. cap. 54.

(*c*) Idem Spanhemius in Operis supra citati Differt. VIII. cap. 2. pag. 376.

(*d*) Christ. Sigism. Liebius in *Thesauro Frideric.* pag. 104.

(*e*) Jo: Jacobus Gessnerus in Opere cui titulus: *Numismata Regum Macedoniae &c.* Tab. I. n. 24. edit. Tiguri 1738.

illud tandem a V. C. propofitum, quo Nummos illos, in quibus Capita funt fine Diademate, Regibus ipfis viventibus conflatos, reliquos vero diademata Capita referentes fequioribus temporibus adfcribendos effe decernitur, nimis libere ftatutum effe quifque cognoverit, qui collatis ipforum Nummorum Autographis ejufdem temporis in eis fculpturam, & opificium obfervaverit.

Ut vero eo redeam, unde digreffus fum, his de Litterarum nexuum vetuftate praemiffis, quos omnes tam in noftris hifce Graecis, & Latinis Infcriptionibus, quam etiam in Siculorum Nummis diutius obfervavi, hic unico confpectu exhibere non fupervacaneum effe duxi, ea potiffimum de caufſa, ne cum de fingulis Infcriptionibus agam, illos coactus fim continuo defignare.

Graecarum Litterarum Nexus.

Figurae.	Poteftas.	Figurae.	Poteftas.
ΑΓ	ΑΓ	Χ°	ΑΡΧ
Α	ΑΔ	Χ	ΑΡΧ
ΑΕ	ΑΕ	ΑC	ΑΣ
ΑΚ	ΑΚ	ΑΥ	ΑΥ
ΑΙ	ΑΙ	ΒΗ	ΒΗ
ΑΛ	ΑΛ	ΕΙ	ΕΠ
ΑΚΡ	ΑΚΡ	Χ Ε	ΕΟΥ
Μ	ΑΜ	Ε	ΕΥ
ΑΠΟ	ΑΠΟ	ΗΝ	ΗΝ
ΑΡ	ΑΡ	ΗΡ	ΗΡ

ΗC

Figurae.	Poteſtas.	Figurae.	Poteſtas.
ΗC	ΗΣ	ΘΕ	ΟΕ
ΘΥ	ΘΥ	ΘΣ	ΟΣ
Κ	ΚΑΙ	Ȣ	ΟΥ
ΛΕ	ΛΕ	ΠΑΡ	ΠΑΝΟΡ
Μ	ΜΑ	ΠΑΡ	
ΜΕ	ΜΕ	ΠΑΡ	
ΜΗ	ΜΗ	ΠΑΡ	
ΜΗΝ	ΜΗΝ	ΠΗ	ΠΗ
ΜΟ	ΜΟ	ΠΓ	ΠΙ
ΜΡ	ΜΡ	ΠΛ	ΠΛ
ΝΕ	ΝΕ	ΠΔ	ΠΟΔ
ΝΗ	ΝΗ	Πρ	ΠΡΟ
ΝΚ	ΝΚ	ΡΩΝ	ΡΩΝ
ΝΗΜ	ΝΗΜ	ΤΑ	ΤΑ
ΝΗΝ	ΝΗΝ	ΤΕ	ΤΕ
ΝC	ΝΟΣ	ΤΗ	ΤΗ
ΝΡ	ΝΡ	ΤΗΝ	ΤΗΝ

Figurae.	Potestas.	Figurae.	Potestas.
TP	THP, TP	☧	XP
XA	XA, XΛA	YE	YE

Nexus Latinarum Litterarum.

Figurae.	Potestas.	Figurae.	Potestas.
ACP	ACP	HE	HE
Æ	AE	HR	HR
AM	AM	IB	IB
AMP	AMP	ID	ID
AN	AN	IN	IN
AV	AV	LE	LE
AV		LI	LI
AVT	AVT	LIB	LIB
BI	BI	MR	MAR
CE	CE	MRTV	MARTV
ET	ET	MV	MAV
ET		ME	ME
ET		MP	MP

Figurae.	Poteſtas.	Figurae.	Poteſtas.
MVM	MVM	TE	TE
ND	ND	TH	TH
NE	NE	TH	TH
NF	NF	THE	THE
NI	NI	TH	TI
NR	NR	✝	TI
NT	NT	TR	TR
OC	OC	TV	TV
Œ	OE	VE	VE
PH	PH	VL	VL
PHYR	PHYR	VR	VR
PR	PR	VT	VT
RI	RI		



IV.

De Veterum Siculorum Epochis Chronologicis, deque eorum Anni, & Mensium ratione.

QUae de veteribus Graecorum Cyclis, ipsorum Anni periodo, Mensiumque nominibus summa cum laude scripsere tot, tantique eruditissimi Viri, quorum Opera collegit, & edidit Jacobus Gronovius (*a*), parum Siculorum Historiae profuisse videntur. Simili fato Lilius Gyraldus, qui Anno MDXLI. Libellum edidit *De Mensibus*; Josephus Scaligerus tam in *Isagogicis Libris*, quam in Opere *De Emendatione Temporum*; Dionysius Petavius demum in Tractatu *De Doctrina Temporum*, perpauca de Siculorum Anni periodo, deque eorum Mensibus collegere. Quae vero postmodum magno insumpto studio, & labore in eximio Opere *De veteribus Graecorum, Romanorumque Cyclis* exposuit Henricus Dodwellus, nullam Siculis rebus utilitatem attulere: is enim veterum Siculorum Periodum, & Menses cum Periodo, & Mensibus Corinthiorum commiscuit, & ea, quae propria Corinthiis erant, Siculis quoque omnibus convenire parum diligenter afferere non dubitavit (*b*). In eodem inde argumento admirabili ingenii ubertate versatus Eduardus Corsinius (*c*) plurima, in quibus erravit Dodwellus emendavit, pauca verò ad Siculos pertinentia e veteribus Scriptoribus desumpta Vir summus adjecit. Neque his meliora dedit Hieremias a Bennettis, qui de veterum Populorum, & Urbium Mensibus, Annis, Periodis, Cyclis, & Epochis fusius disceptare cum statuisset, Siculorum res chronologicas cum Corinthiorum, Achaeorum, Corcyrensium, Sicyoniorum, Patrensium, aliorumque Populorum rebus chronologicis mira confusione una consarcinavit, & quae nomina Mensium in earumdem Gentium peculiaribus Monumentis invenit, ea reliquis omnibus (qua tamen auctoritate, aut ratione fultus nescio) communia fuisse arbitratus est (*d*). Exquirebat hinc Siculorum temporum doctrina, ut aliquid ei lucis adderetur, eaque semper fuit inter doctiores Siculos spes, ut quae edax tempus, tot veterum Scriptorum Operum jactura subripuit, ea omnia paulatim feliciter possent in apertum eruditae Antiquitatis Monumenta proferre. Spem hac in re non fefellit eventus; nam nonnul-

(*a*) Vide Jacobi Gronovii *Thesaurum Graecarum Antiquitatum* Vol. IX.

(*b*) Vide Henrici Dodwelli Opus *De Veteribus Graecorum, Romanorumque Cyclis &c.* Differt. VI. sect. V. & seq. pag. 285. edit. Oxonii 1701.

(*c*) Eduardus Corsinius *Fast. Attic.* Vol. II. Diss. XIV. §. 12.

(*d*) Hieremias a Bennettis in *Chronol. & Crit. Hist. Sacrae, & Profanae &c.* Romae edita Anno 1767. Vol. III. art. X. pag. 393.

nullarum Inſcriptionum auxilio plura ad auras noviter obvenere, quorum ope non parum lucis rei chronologicae Siculorum adfulget. Inſcriptiones, de quibus agitur, ut plurimum in Anſis, ſive Manubriis Diotarum, & Ollarum fictilium, itemque in Lateribus, & in aliis figulinis Operibus ſunt impreſſae. Harum unam, quae ſequens eſt:

ΕΠΙ ΝΙΚΑΣΑ
ΓΟΡΑ
ΠΑΝΑΜΟΥ
ΔΕΥΤΕΡΟΥ

jam pridem Syracuſis invenit Georgius Gualterius, & inter Siculas Tabulas edidit, perperam tamen hoc modo latine redditam (*a*):

Vincendo
Gor[illegible] et I.
Panemi
Secundo.

quam Gualterii interpretationem nimis faciles amplexi ſunt Clariſſimus Eduardus Corſinius in Opere ſuperius citato, & ex eo quamplurimi. Binae aliae exſcriptae fuere in *Monument. ad Hiſtoriam Siculam* (*b*), & quatuor demum e ſchedis Jacobi Philippi Dorvillii deſumptas edidit Vir eruditiſſimus Petrus Burmannus Secundus (*c*). Poſt has vulgatas Figulinas, quibus nunquam verus datus eſt ſenſus, quamplurimae ejuſdem generis Siculas Inſcriptiones mihi colligenti obvenere, quarum nonnullas in maceriis veteris Templi Veneris Erycinae repertas ſuperiori Seculo exſcripſit Antonius Cordici in *Hiſtoria Erycis*, quae manuſcripta ſervatur in publica Bibliotheca Panormitani Senatus, cui ſupremis ſuis Tabulis moriens dono dedit eximiae eruditionis Vir Dominicus Schiavo Panormitanae Eccleſiae Canonicus. Has itaque om-

(*a*) Georgius Gualterius in *Tab. Sicul.* edit. Meſſan. Anni 1624. pag. 12. n. 82.

(*b*) Opus Italica Lingua Panormi editum Anno 1756. a V. C. Dominico Schiavo olim Panormit. Eccleſiae Canonico, hoc titulo: *Memorie per ſervire alla Storia Letteraria di Sicilia &c.*

(*c*) Petrus Burmannus Secundus in *Sylloge Veter. Sicular. Inſcriptionum* edita ad calcem *Siculorum* Jacobi Philippi Dorvillii pag. 579.

omnes prae oculis cum haberem, inſpectis in eis quibuſdam Graecorum Menſium nominibus in Graeca Hiſtoria paſſim obviis, uti ſunt *Panemus*, *Artemithius*, *Boedromius*, praemiſſo eis ſemper quodam nomine proprio Viri, praepoſitione ΕΠΙ antecedente, quod apud Graecos: *Tempus Regiminis*, *ſeu Rectorum loci*, *ſub quibus res acta fuit*, *tantum denotare perſpectum eſt*, quemadmodum animadvertit Ezechiel Spanhemius (*a*), anceps paululum ſteti, haeſi inde tantiſper, tandemque ſententiam meam firmavi, has omnes Chronologicas eſſe Inſcriptiones, Annos, & Menſes indicantes, quando Diotae illae, & alia Vaſa fuerunt efficta; tumque nomina plurium aliorum Menſium deprehendi, quibus veteres Graeci Siceliotae in civilis Anni curſu utebantur, antehac prorſus ignota, & profunda oblivione neglecta.

Cum interea harum Figulinarum numerus in dies excreſceret, plurimaeque aliae Latinae mihi pariter obvenere, in quibus Conſulum Romanorum nomina crhonologicam etiam Epocham indicabant; hinc duxi ſeorſim eas omnes hac in *Collectione Sicularum Veterum Inſcriptionum* exponere, cui peculiari Claſſi, quae eſt hujus Operis decimaquinta, titulum *Figulinarum Chronologicarum* praefixi.

Hoc ad finem deducto, veterum Siculorum Chronologiae aliquid adjumenti afferre mihi fuit in animo, eorumque temporis Epochas, Anni conſtitutionem, Menſes denique, quibus in Anni periodo utebantur, examinanda accepi, idque Litteratis Viris jucundiſſimum fore arbitratus ſum, quippe quod in re verſandum erit argumentum, quam nemo huc uſque ex inſtituto tractavit. Hinc ut propoſiti metam attingerem, hanc Exercitationem intexui, in qua de Epochis Chronologicis primum, inde de Annis, de Menſibus tandem veterum Siculorum erit agendum, eamque, veluti Prodromum quemdam, XV. hujus noſtrae Collectionis Claſſi, in qua, uti dictum eſt, Figulinae Chronologicae expoſitae ſunt, praeire decrevi.

§. I.

De Siculorum Epochis Chronologicis.

Communis Graecorum omnium Populorum conſuetudo fuit, ſuorum Magiſtratuum nominibus Annos ſignare, eaque apud ipſos erat Chronologiae Epocha, ex qua Magiſtratus illi dicebantur Eponymi: Athenienſes eorum Faſtos Archontum nominibus inſcripſere, Boeotii Boeotarchorum, Pry-

(*a*) Vide Ezechielis Spanhemii *Epiſtolam ad Laurentium Begerum* editam in ipſius Begeri *Obſervat. & Conject. in Numiſmat. quaedam antiqua &c.* edit. Coloniae Brandeburg. Anno 1691. pag. O. 2.

Prytanorum Lacedaemonii, itemque alii, quos omnes fupervacaneum eft hic una referre; praeter hanc fi Civitas quaedam, aut Populus peculiarem aliam Epocham, five Aeram habuit, hoc aut exterarum Gentium dominatui, aut rarioris exempli cauffae tribuendum. Romani ficut & multa, etiam & hoc a Graecis fibi mutuarunt, & nil aliud apud eos, nifi Confulum nomina, Annos fecernebat. Idem apud Siculos mos, quo tempore florentiffimae Civitates fuis Legibus utebantur, inolevit, cujus rei tam veterum Scriptorum teftimonia, quam eruditae Antiquitatis Monumenta, Infcriptiones fcilicet, & Numifmata, perennem exhibent fidem.

Syracufis poft exactos Tyrannos Annuum Eponymum Magiftratum inftituit Timoleon, de quo haec habentur a Diodoro (*a*): *Summum praeterea Magiftratum, quem Jovis Olympii Amphipolum Syracufani nominant, infti-tuit; primufque Jovis Olympii Amphipolus erat Callimenes; hinc mos apud Syracufanos inolevit, ut Magiftratibus hisce Anni deinceps inscriberentur. Quod ad praefens ufque tempus, quo Hiftoriam hanc concinnamus, & Reipublicae ftatus immutatus eft, duravit.*

Apud Agrigentinos Hierothyta, & Proagorus fummam Imperii, & Sacrorum habebant poteftatem, eorumque nominibus Acta publice fignabantur, quemadmodum legitur in aenea Hofpitali Tabula (*b*): ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΑ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΡΟΑΓΟΡΟΥΝΤΟΣ ΔΙΟΚΛΕΗΣ ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΣ &c. *Nymphodoro Philonis Filio Pontifice Maximo, Diocle Dioclis Filio Proagoro*. Idem fuit mos apud Geloos, quorum exftant duo Marmora (*c*), a quibus dignofcitur, nominibus Hierapoli, & Annui Magiftratus eorum Annorum Epochas fignari; legitur enim in primo: ΕΠΙ ΙΕΡΑΠΟ : : : ΤΟΥ ΦΙΛΟΔΑ : : : ΚΑΤΕΝΙΑΥ : : : ΦΙΛΟΚΡΑΤ : : : ΑΡΙΣΤΩ : : : *Sacerdote* : : : *Philodami Filio* : : : *Annuo* : : : *Philocrate* : : : *Ariftodemi Filio* : : : & in fecundo: ΕΠΙ ΙΕΡΑΠΟΛΟΥ ΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΙΣΤΙΕΙΟΥ ΚΑΤΕΝΙΑΥΣΟΥ ΣΟΣΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΡΟΥ. *Sub Sacerdote Ariftione Hiftiei Filio, Annuo Sofio Nymphodori Filio &c.* Melitenfes item ex Decreto, quo Demetrius Diodoti Filius publico decoratur hofpitio (*d*), Hierothytam, & Archontes Eponymos habuiffe conftat, haec enim in eo funt fcripta: ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΟΥ ΙΚΕΤΑ ΙΚΕΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΔΕΗΡΟΥ ΚΑΙ ΚΟΤΗΤΟΣ. *Sub Summo Sacerdote Iceta Icetae Filio, Archontibus Deereo, & Cotete*. Agyrinenfes infcripto nomine Magiftratus, ad horum aetatem oftendendam Nummos fignabant, quorum tres edidit Sigebertus Havercampus Sopatri nomine infignes ΕΠΙ ΣΩΠΑΤΡΟΥ (*e*).

Idem

(*a*) Diodorus Siculus in *Biblioth. Hiftor.* Lib. XVI. cap. 60.

(*b*) Hoc eximium Agrigentinorum Monumentum exfcriptum exftat in hujus Operis Claffe VIII. n. I.

(*c*) Claff. III. n. XI. & Claff. VIII. n. III.

(*d*) Illud vide in hujus Operis Claf. VIII. n. II.

(*e*) *Sicilia Numifmatica Philippi Parutae* edita a Sigeberto Havercampo Lugd. Batav. 1723. Vol. III. Tab. CVI. Hos etiam invenies in meo Opere cui titulus *Siciliae Populor., & Urbium, Regum quoque, & Tyrannorum veteres Nummi* Tab. XI.

Idem obſervatur in Hicetae Tiranni Nummis a Syracuſanis percuſſis, in quibus Epocha chronologica demonſtratur, inſcripto nomine ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ *Sub Hiceta* (*a*). Tandem, ne ad nauſeam res aliis exemplis protrahatur, ex Gymnaſii Tauromenitani Tabulis, in quibus recenſentur qui ſingulo Anno fuere Gymnaſiarchae, quot editi Agones, quae demum olei, & pecuniarum pro eorum celebratione inſumptae ſummae (*b*), nullo alio modo inter ſe ſe diſtinguuntur Anni, niſi ex ſupremi Magiſtratus nomine ſingulis eorum praemiſſo, quemadmodum ſunt ΕΠΙ ΔΑΜΑΤΡΙΟΥ. ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΟΣ. ΕΠΙ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ &c. *Sub Demetrio. Sub Ariſtocrate. Sub Nicoſtrato &c.*

Segeſtanos autem, qui Graecam non habebant originem (*c*), ab hac communi Siculorum omnium conſtitutione receſſiſſe, peculiaremque Epocham habuiſſe, ex eorum Nummis ſuſpicio mihi ſuboritur; horum aliquot exhibuit Sigebertus Havercampus (*d*), quibus in omnibus cum legiſſet ΣΕΓΕΣΤΑ ⌶ΙΒ, litteram illam ⌶ pro T accepit, ideoque Tiberii Caeſaris nomen in eis expreſſum eſſe firmavit; litteram vero hanc T non eſſe, ſed potius Z Clariſſ. Petrus Burmannus Secundus (*e*) ſubdubitavit, qui Havercampi ſententiam licet invitus exponens, litterarum tamen ⌶ΙΒ explicationem aliis reliquit. Segeſtanorum Nummos plures Ego habeo, quorum tres hìc delineati, & ex Archetypis fideliter expreſſi litem feliciter expediunt (*f*). Legitur in eorum primo ΣΕΓΕΣΤΑ ⌶ΙΙ. in ſecundo ΣΕΓΕΣΤΑ ΖΙΒ. in tertio demum, & quidem clariſſime ΣΕΓΕΣΤΑ ⌶ΙΕ, ex quo ſequitur ſecure firmari poſſe, litteram ⌶ in Nummis ab Havercampo examinatis Z eſſe, non vero T, & tres illas figuras ΖΙΙ. ΖΙΒ. ΖΙΕ. notas numerales eſſe Annos ſignantes cujuſdam Segeſtanorum Aerae peculiaris, quam etiam expreſſam eſſe ſuſpicor, diverſis tamen notis, pro ut differebantur Anni, reliquis in Nummis ab ipſo Havercampo relatis, & praeſertim in illis, quibus eſt inſcriptum ΣΑΓΕΣ : : : ΑΙΣ. & ΣΕΓΕΣΤΑ ΙΝΟ. Si quis tamen Chronologicas Epochas in Nummis exprimi miretur, adeat immortale Ezechielis Spanhemii Opus *De Praeſt. & Uſu Numiſmatum*, in quo plura de Aeris peculiaribus Graecorum Aſiaticorum, Antiochenſium, Alexandrinorum, Tyriorum, aliorumque Populorum, & Urbium eorum in Nummis inſcriptis invenire facile poteſt (*g*).

Quae dicta ſunt tempus reſpiciunt, quo Siciliae Urbes propriis Legibus,

(*a*) Sunt hi Nummi in eadem *Sicilia Numiſmat.* Havercampi, horumque unum ineditum delineatum exhibeo in Tabula his Prolegomenis praemiſſa ſub n. VIII.

(*b*) Eas ex Jac. Philippi Dorvillii Apographo exſcriptas dedi in hujus Operis Claſſe VIII. n. VI. & n. VII.

(*c*) Trojanos Patria ejectos Segeſtam condidiſſe veteres Scriptores omnes conveniunt.

(*d*) *Sicilia Numiſmat.* ut ſupra Tab. CIX.

(*e*) In *Comment. ad Numiſmata Sicula Dorvilliana* Tab. XI. pag. 390.

(*f*) Habes hos Nummos in Tabula his Prolegomenis praepoſita ſub n. XVII. XVIII. & XIX.

(*g*) Spanhemius *De Praeſt. & Uſu Numiſmat.* Vol. I. Diſſert. IX. cap. III. n. 2. edit. Londin. 1717.

bus, & Magiſtratibus utebantur; Romanis denique in ea, poſt primum, & adhuc ardente ſecundo Punico Bello omnia ceſſere; tunc paucis exceptis Civitatibus, quibus aut Foedus conceſſum, aut Libertas, & Immunitas relictae fuere, Sicilia tota Romanis paruit Legibus, eorumque moribus, & inſtitutis ſe accommodavit; ea tempeſtate certò certius credendum eſt, Romanorum Conſulum nomina apud Siculos Chronologicam Epocham conſtituiſſe, idque etiam ſub Imperatoribus factum eſſe demonſtraut tam veterum Chriſtianorum nonnulla Epitaphia (*a*), quam etiam Figulinae reliquae latinè inſcriptae, & ad calcem Claſſis XV. noſtrae hujus Collectionis exhibitae. Qua in re illud erit obſervandum, quandoquidem etiam currentem Annum ſignari nomine illius, qui Siciliae regundae Proconſulis, Correctoris, Conſularis, Praetoris, aut Strategi titulo ab Imperatoribus mittebatur, quemadmodum legitur in Nilae Florentinae Catanenſi Epitaphio (*b*): PRIDIE NONAS MARTIAS ANTE LVCEM PAGANA NATA ZOILO CORRECTORE &c. ſicuti quoque in Tauromenitano Marmore (*c*): ΕΚΤΙΣΘΗ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΚΑΣΤΡΟΝ ΕΥΠΙ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΣΙΚΕΛΙΑΣ. *Conditum eſt hoc Caſtrum ſub Conſtantino Patricio, & Strategoto Siciliae.*

§. II.

De Anni ratione.

Siculi, ut Graecorum reliqui, in duodecim temporis ſpatia diviſum Annum habuere, cujus rei eorum quoque Monumenta fidem faciunt. Ex Hoſpitali aenea Tabula ſuperius relata dignoſcitur, ſex in Bimeſtres Annum Agrigentinos diviſiſſe ΑΛΙΑΣΜΑ ΕΚΤΑΣ ΔΙΜΗΝΟΥ. *Decretum ſexti Bimeſtris.* Geloi item in primum, & ſecundum ſemeſtrem Anni curſum diſtinguebant, quemadmodum legitur in ſupra citato Pſephiſmate, quo Senatus, ac Populus Heraclidem Zopyri Filium laudibus, & oleagina Corona decorandum eſſe decrevere: ΒΟΥΛΑΣ ΑΛΙΑΣΜΑΤΑ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΞΑΜΗΝΟΥ. *Conſilii Decreta Semeſtris ſecundi*: idque in fine Anni inſculptum fuiſſe manifeſte demonſtrat, uti animadvertit Clariſſimus Eduardus Corſinius (*d*), quod ibi dicatur, Heraclidem Gymnaſiarcham illius Anni omnia ad Gymnaſium, Ephebos, & Pueros ſpectantia praeclarè, & rectè peregiſſe, quae praeconia, & laudes non ante credibile eſt eum meruiſſe, niſi Anno jam Magiſtratus exacto. Grae-

(*a*) Illa potiſſimum relata in Claſſ. XVII. n. XIII. XXIV. XLIII. XLVI. & alia quamplurima.

(*b*) Claſ. XVII. n. XLVII.

(*c*) Claſ. VII. n. I.

(*d*) Eduardi Corſinii *Faſti Attici* Vol. II. Diſſ. XIV. §. 12.

Graecorum Annus cum Solis, & Lunae congruebat rationibus (*a*); & quia solaris Annus diebus 365. constabat, Lunaris autem non alios, quam 354. habebat dies, ideo ut inter se aequarentur, consuetudo fuit singula Trieteride, hoc est ad finem cujusque Biennii, & ante initium tertii Anni, uni ex Mensibus dies alios duos & viginti addere, qui Mensis EMBOΛΙΜΩΣ Graecè, INTERCALARIS Latinè dicebatur. Hoc verò ab initio factum fuit; posterioribus enim temporibus, quia ex isto computo errorem subesse fuit animadversum, quod Solaris Annus & alias circiter sex horas contineret praeter illos integros dies 365., ob eam caussam, faciendam potius quarto quoque Anno intercalationem dierum quadraginta quinque decretum fuit, quod & denuo postea ad finem cujusque Anni octavi, & ante noni initium melioris commoditatis causa fuit factitatum, & tunc nonaginta dies tres integros Embolimos Menses constituebant. Haec communis fuit Graecorum consuetudo, quae tamen in eo tantum variabat, quod non omnes eodem tempore, aut in eodem Mense intercalationem admittebant.

Siculi, quemadmodum & in aliis, etiam in hoc Graecos, a quibus originem trahebant, sunt imitati, Annumque habuere ad Solis, Lunaeque rationem accommodatum, cujus rei perenne exstat Ciceronis testimonium (*b*): *Est consuetudo Siculorum, caeterorumque Graecorum, quod suos Dies, Mensesque congruere volunt cum Solis, Lunaeque ratione*; ex quo etiam & eos quandoque intercalationem fecisse, procul dubio credendum est; nullo enim alio modo Solaris Annus cum Lunari accommodare se poterat. Quaerendum ergo, quo in Mense Embolismus apud eos incurrebat, de quo cum alte sileant coaevi Scriptores, haud facile est rem hanc nisi veterum Monumentorum auxilio definire. Henricus Dodwellus in Opere superius laudato (*c*) Josephi Scaligeri sententiam sequutus, post Mensem Carneum Siculos intercalationem admittere solitos esse statuit, ideoque Mensem ipsum, *Bimensem* in veteri Tabula Hospitali Agrigentinorum cognominari; feliciter tamen Dodwelli allucinationem detexere celeberrimi inter nostrates Italos Scipio Maffejus (*d*), & Eduardus Corsinius (*e*), aliam prorsus esse veteris Monumenti explicationem demonstrantes; neque in eo *Bimensem Carneum* legi, sed *Decretum sexti Bimestris Carneo Mense decurrente*.

Ad hoc igitur definiendum feliciter occurrunt Figulinae nostrae Chronologicae, quorum novem, quas exscriptas invenies in hujus Operis Classe XV, *Panemi* Mensis praeferunt nomen, hoc vero discrimine, quod primae sex tantummodo habeant ΠΑΝΑΜΟΥ, & tres inde sequentes ΠΑΝΑ-

(*a*) Vide de hoc Gulielmi Beveregii *Institutiones Chronologicas* Lib. I. cap. 13. edit. Londin. 1721. pag. 72.

(*b*) Cicero *Orat. in Verrem* Act. II. lib. 2. cap. 52.

(*c*) Dodwellus *De Veteribus Graecorum, Romanorumque Cyclis &c.* Differt. VI. §. 10.

(*d*) Maffejus in *Antiquit. Galliae selectis* Ep. I. pag. 13.

(*e*) Corsinius in Opere *Fasti Attici* superius citato.

NAMOY ΔΕΥΤΕΡΟΥ *Panemo ſecundo* : ex quo ſecure conjicitur, poſt Panemum Menſem Siculos Emboliſmum adhibere ſolitos eſſe, ideoque intercalare: dies illi, qui huic Menſi adjungebantur, ut nominis diſcrimen haberent, *Panemi ſecundi* titulo vocabantur, quemadmodum apud Athenienſes intercalares dies, qui *Poſideoni* Menſi addebantur, *Poſideonis ſecundi* nomen obtinebant, ut a conſueto, & communi *Poſideone* Menſe diſtinguerentur; cujus rei clariſſimum nobis ſuppeditat exemplar Inſcriptio quaedam Athenienſis in Muſeo Oxonienſis Academiae (*d*) modo repoſita, in qua ſequenti ordine nomina recenſentur eorum, qui ſingulis Menſibus publico Athenienſi Gymnaſio praefuere.

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΑΙ ΚΑΘΩΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΥΑΝΟΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ . Α . ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ . Β . ΚΛ . ΝΙΚΩΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΑ . ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΖΩΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΑ . ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ ΖΩΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΑ ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ
ΜΟΥΝΙΧΙΩΝΑ . ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΥ ΛΛΥΠΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΑ ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΥΙΑΝΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝΑ ΑΝΘΟΣ ΚΑΙ ΠΑΓΧΑΡΗΣ ΟΙ ΑΝΘΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΙΣ
ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΑ ΩΛΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΜΕΤΑΓΙΤΝΙΩΝΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΗΡΩΝΟΣ ΟΑΘΕΝ &c.

Gymnaſiarchae ſicuti munere perfuncti erant.
Menſe Boedromione. Nymphodotus Azenienſis
Menſe Pyanepſione. Demetrius Nymphodoti F. Azenienſis
Menſe Maemacterione. Symphero Azenienſis
Menſe Poſideone primo. Antiochus Menandri F. Melitenſis
Menſe Poſideone ſecundo. Cl. Nico Marathonius
Menſe Gamelione. Epictetus Zoſimi F. Lamprenſis

Men-

(*a*) Eam vide inter *Marmora Oxonienſia* edit. Anni 1763. Par. II. pag. 96. n. LIV.

Menſe Antheſterione. Macrinus Zoſimi F. Lamptrenſis
Menſe Elapheboliones. Licinnius Polyaenus Collytenſis
Menſe Munychione. Titus Flavius Alypus Marathonius
Menſe Thargelione. Titus Flavianus Marathonius
Menſe Scirophorione. Anthus, & Panchares Anthi F. Lamptrenſes
Menſe Hecatombaeone. Olus Pontius Nymphodotus A[illegible]
Menſe Metagitnione. Ptolemaeus Heronis F. ex Oa &c.

Hujuſmodi Emboliſmi tamen ratio ſufficiens non erat, ut ex integro Solis motui reſpoderet Lunaris Annus; hinc, quemadmodum Geminus tradit (*a*), ſolemne fuit Graecis interdum unum, aut alium diem alicui Menſi detrahere, dictique erant dies illi ΕΞΑΙΡΕΣΙΜΟΙ, quos Latini appellaverunt EXEMPTILES, quippe qui ab integro Menſe eximebantur. Hoc idem & veteres Siculos in eorum Anni periodo feciſſe dignoſcitur: unum ſcilicet aut duos dies aliquando a Menſe detrahebant, pro ut memoravit Cicero loco ſuperius relato (*b*): *Eſt conſuetudo Siculorum, quod ſuos Dies, Menſeſque congruere volunt cum Solis, Lunaeque ratione, ut nonnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ad ſummum biduum ex Menſe, quos illi* ΕΞΑΙΡΕΣΙΜΟΥΣ *Dies nominant. Item nonnunquam uno Die longiorem Menſem faciunt, aut biduo.* Quae celeberrimi Oratoris verba male cum intellexiſſet Joſeph Laurentius, exemptiles dies cum intercalaribus una commiſcuit, Siculoſque diebus exaereſimis adhibitis, Menſem uno die, aut biduo longiorem habuiſſe dixit: *Haec conſuetudo intercalandi, etiam uſu recepta apud Siculos, & Graecos, qui dies ſuos congruere cum Solis, & Lunae ratione volentes eximunt unum aliquem diem, ad ſummum duos, quos illi Exaereſimos vocant, ITA ALIQVEM MENSEM VNO DIE AVT AD SVMMVM BIDVO LONGIOREM FACIVNT* (*c*). Ex quibus jam dictis colligitur Siculorum Anni periodum, duodecim Menſibus conſtare; eoſque quia Solares ſimul, & Lunares erant, ope dierum intercalarium, & exemptilium inter ſeſe ritè eſſe coaequatos.

§. III.

De Menſibus, quibus Siculi in Anni curſu utebantur.

Quaerendum nunc quae fuerint nomina veterum Siculorum Menſium: qua in re illud in primis admonendum arbitror, de Graecis me hic tantum-

(*a*) Geminus *Elementa Aſtronomiae* cap. VI.

(*b*) Cicero *Orat. in Verrem* Act. II. lib. 2. cap. 52.

(*c*) Joſephus Laurentius in Tractatu *De Annis, Menſibus, Diebus, & Horis* Cap. I. in Vol. IX. *Theſauri Antiquit. Graecar.* Jacobi Gronovii.

tummodo agere ſtatuiſſe ; nam poſt res Romanas in Siciliam inductas Latinae Linguae uſus, ſimul cum Graeca, hac in Inſula locum obtinuit, tumque Siculi, pro ut conſtat ex veteribus Monumentis, quemadmodum Romanorum mores, & inſtituta, ſic etiam Menſium appellationes accepere (*a*). Ea quae e veteribus Scriptoribus de Graecis Siculorum Menſibus habentur, adeo pauca ſunt, & incerta, ut vix de uno, vel alio eorum conſtare poſſit; quae cum ita ſint, de hoc veteris eruditionis genere actum jam infeliciter eſſet, ni, omni alio nobis auxilio deſtitutis, nova detecta Monumenta opportune opem afferrent. Et hoc etiam antiquis Inſcriptionibus debetur; ex eis enim, ut antea dixi, undique rebus Chronologicis Siculis haud parum lucis adfulget. Menſium itaque nomina, quibus Graeci Siceliotae utebantur hic recenſenda ſubjicio eo ordine, ut primum de illis paucis, quae antea noſcebantur, exordiar, & ad ea denique me convertam, quae prorſus huc uſque ignota fuere.

I.

Carneus.

Hic Menſis Apollini facer, a quo nomen accepit, in Corinthiorum Anni periodo fuit, a quibus certe eum Siculi ſibi mutuarunt: obvium enim eſt, Corinthios Siciliam frequentaſſe, eorumque Coloniam fuiſſe Syracuſas; hinc inter Syracuſanorum Menſes *Carneus* adnumerabatur, Metagitneoni Athenienſium reſpondens, quemadmodum legitur in *Vita Niciae* a Plutarcho deſcripta eo in loco, in quo celeberrima clades illa memoratur, qua Athenienſes, qui ſub Niciae erant imperio, a Syracuſanis fuerunt affecti. *Dies fuit decimus ſeptimus Menſis Carnei, quem Metagitneona Athenienſes vocant*. Eumdem Menſem Agrigentini habuere, pro ut notatur in eximia illa aenea Tabula, qua Demetrius Diodoti F. publico Agrigentinorum decoratur hoſpitio ΑΛΙΑΣΜΑ ΕΚΤΑΣ ΔΙΜΗΝΟΥ ΚΑΡΝΕΙΟΥ. *Decretum ſexti Bimeſtris Menſis Carnei*; eodem pariter Menſe uſi ſunt Geloi, in quorum Pſephiſmate, quo laudatur, & oleagina Corona decoratur Heraclides Zopyri Filius Gymnaſiarcha, eſt inſcriptum: ΒΟΥΛΑΣ ΑΛΙΑΣΜΑΤΑ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΞΑΜΗΝΟΥ ΚΑΡΝΕΙΟΥ ΤΡΙΑΚΑΔΙ. *Conſilii Decreta ſecundi Semeſtris Die trigeſima Menſis Carnei*.

Pa-

(*a*) Quamplurima Sicula Chriſtianorum Graeca Epitaphia nomina Romanorum Menſium habent, ut videre eſt in Claſſe XVII. hujus Collectionis.

II.

Panemus.

Etiam & Panemum Menſem Corinthii habuerunt, quem & Dodwellus, & Corſinius Siculis quoque tribuere; Heracleenſibus in Lucania item fuit communis, ejuſque nomen legitur in eximia illa aenea Tabula Regio nunc in Neapolitano Muſeo repoſita, quam doctiſſimis Commentariis illuſtravit Vir clariſſimus Alexius Symmachus Mazochius. E figulinis noſtris Chronologicis ſex primae in Claſſis XV. ordine diſpoſitae ΠΑΝΑΜΟΥ *Panemi* nomen referunt, & ſunt quae ſequuntur.

ΕΠΙ ΑΡΧΙΔΑΙ
ΜΟΥ
ΠΑΝΑΜΟΥ

ΕΠΙ ΑΡΧΟΚΡΑ
ΤΕΥΣ
ΠΑΝΑΜΟΥ

ΕΠΙ ΚΛΕΩΝΙ
ΜΟΥ
ΠΑΝΑΜΟΥ

: : : ΦΙΛΑΙΝΙΟΥ
ΠΑΝΑΜΟΥ

ΜΑΡΣΙΚ
ΠΑΝΑΜΟΥ

ΕΠΙ ΘΕΣ:::: ΠΑΝΑΜΟΥ

E quibus Menſem hunc Siculos habuiſſe, praeter omnem dubitationis aleam firmandum eſt. Tres item aliae Figulinae, quae praecedentes in eadem Claſſe proxime excipiunt, nomen habent ΠΑΝΑΜΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

ΕΠΙ ΑΤΕΜΟΥ
ΠΑΝΑΜ:::ΔΕΥΤΕΡΟΥ

ΕΠΙ ΑΡΣΙΠΟΛΕΟΣ
ΔΕΥΤΕΡΟΥ
ΠΑΝΑΜΟΥ

ΕΠΙ ΝΙΚΑΣΑ
ΓΟΡΑ
ΠΑΝΑΜΟΥ
ΔΕΥΤΕΡΟΥ

Ex quo, ut antea dixi in hujus Exercitationis §. II., Mensem hunc apud Siculos Embolimum fuisse manifeste probatur. Quod demum in nostris hisce Figulinis ΠΑΝΑΜΟΥ, non vero ΠΑΝΕΜΟΥ inscriptum sit, hoc Doricae Dialecto pluribus ex Siculorum Populis communi tribuendum: obvium enim est Dores litteram E in A variare usos esse (*a*).

III.

Poseidonius.

Neptuno sacrum hunc Mensem Athenienses habuere; & in eo Embolismus incurrebat. Clariss. Eduardi Corsinii (*b*) opinio fuit, eum etiam Siculos habuisse, idque ex sequenti Strabonis loco, in quo de Aetnae incendiis loquitur, conjiciendum sibi persuasit: *Cum Mense Poseidonio Montis incendium extitit, profundis tum cineribus Ager Cataneus obtegitur* (c). En ejus argumentum: *Quod si Posideon ille non Neptuni, sed Mensis potius nomen haberi debeat, cuinam Populo, Gentique Mensem hunc tribuendum esse putabimus? Non illi certe Cappadocum, unde originem duxerat Strabo, cum Cappadoces ipsi aliis omnino Mensium nominibus uterentur. Atheniensi fortasse Populo, qui Posideonis nomine Mensium unum vocarunt? At qui fieri unquam potuit, ut Strabo non Athenis degens, & Siculi Montis historiam ex Siculis certe Historicis, vel Monumentis aliis describens, Atticum Mensem, veluti perspicuum temporis characterem, adhibuerit? Nihil hic certe vel planius, vel verisimilius admitti potest, quam Posideonem illum Catanensium fortasse, vel potius Siculorum omnium Mensem fuisse: ut quemadmodum nempe Siculi Corinthiorum instar, ex Carnii Apollinis nomine Mensem unum vocarunt, ita quoque ex Neptuni nomine alteri Mensi nomen indiderint.* Viri Clarissimi in hujusmodi argumento ingenium laudo, sententiam vero non tam facile amplectendam duco, antequam de Mensis hujus nomine apud Siculos, veterum Monumentorum auxilio, aliunde constet.

Ar-

(*a*) De Doriensium mutatione litterae E in A vide Michaelis Maittairii Opus *De Dialectis Linguae Graecae &c.* P. III. pag. 151. edit. Hagae Comit. 1738.

(*b*) Corsinius loco superius citato.

(*c*) Strabo in *Geograph.* lib. VI.

IV.

Artemithius.

Commune fuit nomen Menfis iftius Cretenfibus, & Corcyracis, quod e veteribus haufit Monumentis idem Corfinius (*a*). Eum etiam habuere Tyrii, Sidonii, & Lycii, quemadmodum legitur in *Hemerologio Menfium diverfarum Urbium* e Laurentiana Florentina Bibliotheca edito ab Everardo Audrichio (*b*), item & Arcades, in quorum Pfephifmate edito ab Edmundo Chishullio ipfius legitur nomen (*c*). Tandemque a Cyzicenis quoque adhibitum fuiffe oftenditur e quodam Cyziceno Marmore Regii Parifienfis Mufei (*d*). A Dianae nomine, quae ΑΡΤΕΜΙΣ a Graecis dicebatur, Menfem hunc appellationem habuiffe non ambigitur (*e*). Eum Siculos a Cretenfibus accepiffe, credere proprium eft; Cretenfium enim Colonia, Thucydide tefte (*f*), Gelam incoluit. Menfis iftius nomen duodecim habent fequentes Figulinae, quas iterum exfcriptas invenies in hujus Operis Claffe XV. a num. x. ad xxi.

ΕΠΙ ΡΑΝΑΚΤΩ ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ	::::ΛΕΥΚΡΑΤΕ::: ΑΡΤΕΜΥΤΙΟ
ΕΠΙ ΚΛΕΩΝΥΜΟΥ ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ	ΕΠΙ ΑΡΧΙΔΑΜΟΥ ΑΡΤΑΜΙΤ :::
ΕΠΙ ΑΡΑΙ ΔΑΜΟΥ ΑΡΤΑΜΙΘΙΟΥ	ΕΠΙ ΠΥΘΟΔΩΡΟ Υ ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ

ΕΠΙ

(*a*) Corfinius ut fupra in Differt. xiv. §. 24.

(*b*) Audrichius in *Inftitut. Antiquar.* cap. v.

(*c*) Vide Edmundi Chishullii *Antiquitates Afiaticas &c.* pag. 118. edit. Londinenfis Anni 1728.

(*d*) Cyzicenum hoc Marmor edidit Clariff. Comes de Caylus in Opere Gallice infcripto cui titulus *Recueil. de Antiquitees &c.* Vol. II. Tab. 59.

(*e*) De hoc vide Ephefinum Marmor apud Ludov. Antonium Muratorium in *Novo Thefauro Veter. Infcript.* Vol. II. Claf. VIII. pag. 579.

(*f*) Thucydides in *Hiftoriar.* Lib. VI.

ΕΠΙ ΑΡΧΑΙ ΔΑΜΟΥ ΑΡΤΑΜΙΘΙΟΥ	ΕΠΙ Μ : : : : : ΜΟΥ ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ
ΕΠΙ ΑΡΧΙ ΑΑΙΔΑ ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ	:ΠΙ ΑΛΕΞΙΜ : : : ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ
ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΟ ΜΑΧΟΥ ΑΡΤ ΑΜΙΤΙΟΥ	ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΟ ΜΑΧΟΥ ΑΡΤ ΑΜΙΣΙΟΥ

Neque mirandum, in noſtris hiſce Monumentis ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥ ſcriptum eſſe pro ΑΡΤΕΜΙΤΙΟΥ; hoc enim ad Doricae Dialecti uſum eſt referendum.

V.

Badromius.

Menſem hunc, quem ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ Athenienſes dicebant, ΒΑΔΡΟΜΙΟΥ nomen apud Siculos obtinuit, quod Doricae Dialecto, quae apud Siculorum plures invaluit, non dubito tribuendum. Ipſius Menſis nomen Athenienſes in Siciliam induxiſſe certum eſt; hi namque Graecorum omnium primi, Duce Theocle, Naxum, Leontinum, & Catanam incoluere. Figulina Sigilla, quae eum referunt, quaeque exſcripta etiam dedi in eadem Claſſe n. XXII. & XXIII., ſunt quae ſequuntur.

ΕΠΙ ΤΙΜΟΥΡ ΡΟΔΟΥ ΒΑΔΡΟΜΙΟΥ ΙΜ Α	ΕΠΙ ΑΛΕΞΙ ΙΜΑΧΟΥ ΒΑΔΡΟΜΙΟΥ

The-

VI.

Thefmophorius.

Thefmophorius Menfis a Thefmophoriis Feftis, quae Athenis in honorem Legiferae Cereris folemni ritu a Mulieribus celebrabantur (*a*), nomen accepit; eum habuere nonnulli e Cretenfibus Populis, pro ut notatur in *Hemerologio Menfium diverfarum Urbium* Laurentianae Florentinae Bibliothecae fuperius citato. Inter Siculorum Menfes etiam Thefmophorium adnumeratum fuiffe, demonftrant Figulinae illae in Claffe XV. n. XXIV. & XXV. fignatae,

ΕΠΙ ΝΟΑΝΟ ΤΟΥ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΟΥ	: : : ΙΞ⊐: : : : : : : : ΩΝΤΟΣ: : : : ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΟΥ

Hunc Menfem aut Siculi a Cretenfibus, quemadmodum fupra de Artemithio dictum eft, fibi mutuarunt, aut in Cereris obfequium, cui tefte Cicerone (*b*) Infula tota fuit confecrata, & in cujus honorem etiam Syracufis Thefmophoria celebrabantur (*c*), ita nominatum voluere.

VII.

Theudefius.

Etiam & Theudefius inter Cretenfium Menfes accenfebatur, deque eo in praedicto Florentinae Bibliothecae *Menfium Hemerologio* fit mentio; ejus nomen eft in fequenti Figulina olim e ruderibus Veneris Erycinae Templi defoffa, & in Claffe XV. num. XXVI. fignata,

ΕΠΙ ΚΡΑ : : : :
ΟΡΑ : : : : : : : :
ΘΕΥΔΑΣΙΟΥ

In

(*a*) De Thefmophoriis Athenienfibus vide quae Joannes Meurfius erudite congeffit in Opere *De Feftis Graecor.* Lib. IV.

(*b*) Cicero *Orat. in Verrem* Act. V. cap. 28.

(*c*) De Thefmophoriis a Syracufanis celebratis exftat memoria apud Athenaeum *Deipnofophift.* lib. XIV.

In ea Eponymi Magiſtratus integrum nomen, cauſa exeſarum litterarum, evanuit.

VIII.

Agrianius.

Non alia apud veteres Scriptores de Agrianio Menſe exſtat notitia; niſi in Vita Hippocratis a quodam Anonymo Graeco ſcripta, in qua dicitur: *Natus* (Hippocrates) *regnante Abriade Menſis Agriani ſexto & vigeſimo die.* Hinc Corſinius in loco ſuperius citato eum Coorum Menſibus adſcripſit, eo quod Hippocrates illa in Inſula natus ſit. Etiam & hunc inter ſuos Menſes Siculos habuiſſe dignoſcitur e ſex illis Sigillis a n. XXVII. ad XXXII. in Claſſe ſignatis, quibus eſt inſcriptum poſt nomen Annui Magiſtratus ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ.

ΕΠΙ Σ : : : : :
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ

ΕΠΙ Α : : : : :
: : : : ΔΟΤΟΥ
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ

ΕΠΙ Δ : : : : ΚΑ
Ε : : : : : :
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ

ΕΠΙ ΤΙΜΟΔΟ
ΚΟΥ
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ

ΕΠΙ
ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ

ΕΠΙ ΚΑΛΛΙ
ΚΡΑΤΕΙΣ
ΑΓΡΙΑΝΙΟΥ

IX.

Dalius.

Quae ſequuntur nomina Menſium, penitus ſunt nova; neque in aliarum Gentium Hemerologiis huc uſque detecta; cumque praeſcripta ſint eodem ordine, pro ut alia, poſt nomen Annuorum Magiſtratuum, hinc certo

Men-

Menſium eſſe nomina ſtatuendum ; quae ſolummodo Siculis propria fuiſſe credendum eſt ; horum itaque Menſium primus eſt Dalius, quem habent ſeptem ex noſtris Figulinis in Claſſe XV. praedicta diſpoſitis a numero XXXIII. ad XXXIX. hoc ſequenti modo.

ΕΠΙ ΚΛΕΥΚΡΑ
ΤΕΙΣ
ΔΑΛΙΟΥ

ΕΠΙ ΚΛΕΩΝ
ΔΑΛΙΟΥ

ΕΠΙ ΑΣΙΚΛΑΤΕΥΣ
ΔΑΛΙΟΥ

ΕΠΙ Є : : : ΣΙ
ΚΛΕΙΣ
ΔΑΛΙΟΥ

ΕΠΙ ΠΙΘΟΔΩ
Ρ Ο Υ
ΔΑΛΙΟΥ

ΕΠΙ ΑΡΙΣ
ΤΟΓΕΤΟΥ
ΔΑΛΙΟΥ

ΕΠΙ ΑΓΕΣΤΙΑ: : : ΑΛΙΟΥ

X.

Lyamus.

Lyamus ſecundus eſt, cujus nomen occurrit in Sigillo XL. ejuſdem Claſſis.

ΕΠΙ ΧΕΡΟΦΩΝ
ΓΟΥ
ΛΥΑΜΟΥ

XI.

Laromius.

Tertius item est Laromius, quem habet sequens Figulina XLI. loco eadem in Classe exscripta.

ΕΠΙ ΑΙΝΚΤΟ ΡΟΣ ΛΑΡΟΜΙΟΥ

XII.

Yacinthius.

Quartus est *Yacinthius*, quem referunt quatuor ex nostris Figulinis in Classis ordine notatis XLII. XLIII. XLIV. & XLV. & sunt quae sequuntur.

ΕΠΙ ΣΩΣΙ ΚΛΕΥΣ ΥΑΚΙΝΘΙΟΥ

ΕΠΙ ΡΑΝΑΚΤΟ ΥΑΚΙΝΘΙΟΥ

ΕΠΙ ΚΡΑΤΙΛΑ ΥΑΚΙΝ : : :

: : : : ΟΥ ΔΑΜΟΥ ΥΑΚΙΝΘΙΟΥ

Ha-

XIII.

Hadrianius.

Poſtremus tandem eſt Hadrianius, cujus nomen ita in ejuſdem Claſſi Sigillo XLVI. inſcriptum legitur.

ΕΠΙ ΣΙΜΜΑ : : :
ΑΔΡΙΑΝΙΟΥ

Deque eo (quamvis ſuſpicio mihi ſuboriatur, Exſcriptorem cum alio Agrianio Menſe, de quo ſupra, ipſum confudiſſe) dicendum tamen, in Hadriani Imperatoris honorem a Siculis ita nominatum eſſe; neque res caret exemplo: Romani enim, *Quintili*, & *Sextili* Menſibus, in honorem Julii Caeſaris, & Octaviani Auguſti, *Julii*, & *Auguſti* nomina dederunt, Graeci item Aſiatici quamplures inter ſuos Menſes *Caeſarium*, & *Tiberium* habuere; & demum apud Cyprios fuere Menſes *Julius*, *Caeſarius*, *Sebaſtus*, *Autocrator*, & *Archierus*, quorum denominationes ſumptae fuere a Juliae Gentis cognomine, & a titulis Caeſaris, Imperatoris, & Maximi Pontificis, quibus Romanorum Auguſti decorabantur; quemadmodum haec omnia e praedicto *Hemerologio Menſium* Florentinae Laurentianae Bibliothecae, & ex quamplurimis aliis conſtant Monumentis. Siculos Hadrianus Caeſar ob multa impertita beneficia quam maximè ſibi devinxit: cumque apud ipſos verſaretur, (is enim Siciliam, ut & alias Romani Imperii Provincias, peragravit) Lilybaeum nova Civium Romanorum Colonia auxit, quae ab ejus nomine COLONIA AELIA AVGVSTA dicta fuit (*a*), bina tumque Numiſmata fuerunt percuſſa, quorum uni eſt inſcriptum ADVENTVI AVG. SICILIAE, & alteri RESTITVTORI SICILIAE (*b*). Credendum igitur ex his, Siculos inter caetera erga Hadrianum officia, etiam & hoc praeſtare voluiſſe, ut ex eorum Menſibus unus ipſius nomine inſcriberetur.

Haec ſunt quae de Graecis Siculorum Menſibus, tam ex iis, quae a Scriptoribus tradita fuere, quam e veteribus Monumentis colligere mihi datum fuit; ſi eorum nomina hìc ante recenſita Siculis omnibus Civitatibus com-

(*a*) De hoc vide quae uberius adnotata ſunt ad hujus Operis Claſſem II. pag. 15.

(*b*) Protuli etiam haec Numiſmata in Opere Anno 1781. edito cui titulus *Siciliae Populorum & Urbium Regum quoque, & Tyrannorum Veteres Nummi* Tab. I. quorum poſtremum in ſubſequenti pagina invenies.

communia fuiffe, credendum effet, feliciter profecto rem ad finem ufque abfolviffe mihi gloriari liceret. At cum tanta apud Graecos in Anni, Menfiumque rationes varietas irrepferit, ut fingulae fere Gentes illae, & Civitates, quae finitimae, fibique conjunctae erant variis, ac diftinctis Menfium nominibus ufae fuerint, hac dubitatione permotus nil de Siculorum Populis, & Civitatibus hac in re ftatuendam arbitror; folum meis hifce Obfervationibus aliis, qui in pofterum Argumentum idem novorum Monumentorum auxilio pertractare voluerint, viam aperuiffe contentus.

Quod remanet, antequam ab hifce Chronologicis ambagibus me expediam illud eft, ut moneam duas Siculos poft Chriftianam Epocham habuiffe rationes in fupputandis diebus praecedentibus, aut fubfequentibus Kalendas, Nonas, & Idus cujufque Anni menfium: una fuit communis illa & paffim obvia adnotandi dies praecedentes Kalendas ipfas, Nonas, & Idus praepofitione ΠΡΟ antecedente ΠΡΟ ΚΑΛΑΝΔΩΝ. ΠΡΟ ΕΙΔΩΝ. *Ante Kalendas*, *Ante Idus &c.*, quemadmodum legitur in Lapidibus hoc in Opere expofitis Claffe XVII. n. VI. IX. XIV. XXVII. XXIX. LXIII. LXIV. LXXXV. Alia vero fupputandi ratio fuit ordine inverfo, diebus nimirum Kalendas fubfequentibus praepofitione ΑΠΟ praecedente ΑΠΟ ΚΑΛΑΝΔΩΝ *Poft Kalendas*, uti patet ex aliis ejufdem Claffis Infcriptionibus n. VIII. XI. XII. XXIII. LVII. LXVII. LXVIII. ordine difpofitis.



CLAS-


CLASSIS I.

Dii Gentium, & quae ad eorum Religionem pertinent.

I.

Syracuſis.

In Aedibus Epiſcopi.



Rege Praeeunte : : : :
Hierone Hieroclis Filio
Syracuſii Diis omnibus.


ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ. *Hierone Hieroclis filio.* Hiero II. Syracuſanorum Rex Hieroclem Patrem habuit, quem Juſtinus & ex eo recentiores Hieroclitum dixere. Pauſanias vero in *Aeliacis* lib. v. p. 2. & Athenaeus *Deipnoſoph.* lib. v. cap. II. noſtro cum hoc Marmore conveniunt, eumque Hieroclem nominant. Fruſtraneam hinc quiſque cognoverit Clariſs. Lupii fuiſſe gratulationem, qui Lapidem hunc referens in *Diſſertatione de Severae Mart. Epitaph.* cap. XI. pag. 90. ſcripſit: *Gratulaberis eruditis viris detectum lapidis hujus ope Patrem Hieronis alterius Syracuſarum Tyranni, quem Juſtinus, & ex Juſtino Recentiores Hierocliti filium dixerant.* Jam enim ante effoſſam hanc Inſcriptionem de vero Hieroclis nomine ex Pauſania & Athenaeo conſtabat.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ. *Syracuſani.* Syracuſarum Civitatem maximam olim fuiſſe inter omnes Graecas Siciliae Urbes nemo ignorare arbitror. *Quantum animis* (ut Clariſs. Jac. Phil. Dorvillii in *Siculis* cap. XI. pag. 176. utar verbis) *quantum literis olim floruerit, graviſſimi Auctores teſtantur & pretioſae quaedam ingeniorum Syracuſanorum edocent reliquiae, quanti ſplendoris in Aedificiis, quantae amplitudinis in Pomoeriis fuerit, & in iiſdem Monumentis continetur, & ex membris disjectis toti corporis hodie cognoſcitur;* deque ea paſſim tum Graecorum, tum Latinorum Hiſtoricorum undique luculentiſſima exſtant teſtimonia.

II.

Tauromenii.

In Sylloge Veterum Inſcript. Sicularum edita a Petro Burmanno ſecundo ad calcem Siculorum *Jacobi Phil. Dorvillii Par.* II. *pag.* 575. *edit. Amſtelaedam.* 1764.



Deabus
Bonis
Donarium
L. Malius
Hermes
: : : : : : : :

ΘΕΑΙΣ ΑΓΝΑΙΣ. *Deabus Bonis*, vel *Pudicis*, quemadmodum vertit Muratorius, qui primus eam retulit in Append. *Novi Theſaur. Veter. Inſcript.* pag. 1981. n. 11. Hae ſunt certe Minerva, Diana, & Proſerpina.

Aliquid columellae huic erat ſuperimpoſitum, quod donarium fuit Deabus dicatum a L. Malio Hermete.

III.

Panormi.

Ex Collectione veterum Inscriptionum Marquardi Gudii a Francisco Hesselio edita Leovardiae anno 1731. *pag.* VI. *n.* 10.

IOVI . OPTIMO MAXIMO
PANOMPHAEO
T . TREMIDIVS . T . F . POBLIC
GALLVS . EQ . SING . AVG
ANN . XVI
VOT . SOL
L . M

PANOMPHAEO. De Jove Panomphaeo mentio extat apud Homerum in *Iliadis* libro Θ v. 250.

Ἔνθα Πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί.
Ubi Panomphaeo Jovi sacrificabant Achivi:

itemque apud Ovidium *Metamorph.* lib. XI. v. 198. Qui refert ipsi fuisse aram inter Promontoria Sigaeum & Rhoetaeum:

Dextera Sigaei, Rhoetaei laeva profundi
Ara Panomphaeo vetus est sacrata Tonanti.

Dicebatur Jupiter *Panomphaeus*, quia ab omni lingua colebatur, vel quod omnium voces audiat a πᾶς *omnis*, & ὀμφὴ *Vox*. Vide Eustathii *Schol. ad Homerum* loco citato: & Jacobi Tusani *Lexic. Graeco-Latin.* V. Πανομφαῖος.

IV.

Messanae.

Ex eodem Gudio pag. X. *n.* I.

M . SILIVS . M . F . GALERIA
PAITVS . V . C
LEG . LEG . III . ITALICAE . P . FID
CVRATOR . COLL . FABR . MES
SANEN . PROCOS . PROVINCIAE
CAMPANIAE. PROCOS. SICILIAE. ET
QVESTOR . PROVINCIAE . AFRICAE
BYZACENAE . COM . PALATINVS
TRIBVNVS . MILIT . LEG . FRETEN
LEGAT . LEG . I . ADIVT . P . FELIC
IIII VIR . STLITIBVS . IVDICAN
PATRONVS . COLL . FABR
VI . VIR . AVG . I . O . M . D . D

CVRATOR. COLL. FABR. MESSANEN. *Curator Collegii Fabrorum Messanensium*. Fuisse olim Messanae Fabrorum Collegium, ut in aliis quamplurimis Romani Imperii Civitatibus, primum ex hoc Marmore habetur.

QVAESTOR PROVINCIAE AFRICAE BYZACENAE. Africae Byzacenae Provincia, sub Romano Imperio illa fuit Africae pars, quae hodie *Tuneti Regnum* appellatur, sic dicta a *Byzaco* ejus Principe Civitate; de ea Baudrand *Lexic. Geograph.* Vol. I. pag. 142. In Romano Marmore Aradii Proculi apud Gualterium n. 338. legitur PRAESIDI. PROVINCIAE. BYZACENAE.

I. O. M. D. D. *Jovi Optimo Maximo donum dedit.*

V.

Panormi.

Lamella Aenea.

Olim apud Carolum de Vigintimilliis ex Indice ejus Pinacothecae edito a Clarissimo Viro Dominico Schiavo Panormit. Ecclesiae Canonico, in Opere, cui titulus: Memorie per servire alla Storia Letteraria di Sicilia *Vol. II. pag.* 188.

IOVIS
COCVRRVS

IOVIS COCVRRVS. Legendum IOVI . S . C . OCVRRVS. *Jovi sacrum C. Ocurrus.*

VI.

Catanae.

In Museo Ignatii Paternionis Castello Principis Biscaris.

I O M SOLI SARAPIDI
SCIPIO OREITVS AG
AVGVR
VOTI COMPOS RED IVS

In *Supplem. ad Nov. Thesaur. Veter. Inscriptionum Muratorii* editum a Clarissimo Sebastiano Donato Vol. I. Clas. I. pag. 6. Marmor Romae effossum exitat, in quo legitur

I . O . M . SOLI . SARAPIDI
SCIPIO . ORFITVS . V . G
AVGVR ☙
VOTI . COMPOS . REDDI . IVS

Ex

Ex hoc Romano authographo modo in Museo Capitolino servato, prout habetur ex ejusdem Musei *Inscript.* editis a V. C. Francisco Eugenio Guasco cap. 1. n. 3. nostram hanc Inscriptionem effictam fuisse non dubito, ea enim Roma Catanam transvecta fuit. Alio in Marmore ejusdem Muratorii *Supplementi* Clas. 1. pag. 20. n. 2. est inscriptum L . CORNELIVS . SCIPIO . ORFITVS V. C. AVGVR. &c. quemadmodum & apud Vossium in tractatu *de Idololatria* lib. 11. cap. 52. sequens exscribitur lapis

M . D . M . I . ET . ATTINIS
L . CORNELIVS . SCIPIO . OREITVS
V . C . AVGVR . TAVROBOLIVM
SIVE . CRIOBOLIVM . FECIT
DIE IIII . KAL . MART
TVSCO . ET . ANVLLINO . COSS

Quem eumdem esse eum illo a Clarifs. Montfauconio relato in *Antiquit. Explic.* Vol. 1. pag. 10. Tab. III. prima tamen deficiente linea, non dubito.

VII.

Catanae.

Ibidem.

IVNONI
DORCADI S
IVLIA EVGV
IAEVERNAECA

IVNONI . DORCADI . S . *Junoni Dorcadi Sacrum.* Junonem mire in Latio cultam fuisse scimus. Ejus sacra primum Romae ritu Aboriginum antiquissimo a Numa Pompilio Rege fuerunt instituta; *Sispitam* vulgo *Sospitam* eam Itali; *Ammoniam* Graeci dicebant, ejusque fingebatur Simulacrum, pelle, & cornibus caprinis, ut memoriae mandavit Cicero *De Natura Deor.* lib. 1. cap. 29., quod passim observatur in Romanorum nummis, & praesertim Familiarum Papiae, Prociliae, Rosciae &c. Δορκὰς graecè idem est ac latinè Capra, hinc *Junonem Dorcadem* eamdem esse ac *Junonem Sispitam*, *Ammoniam*, & *Caprotinam* existimo. Vide Vulpii *Vetus Latium* lib. VIII. cap. 4. pag. 40.

VIII.

Panormi.

Apud Gudium pag. LIX. *n.* 13.

Ex uno latere.

NEPTVNO . EQVESTR
H . LOCVS . SACER
V . V

Ex alio.

PORTVMNO . SERV . SAC
C . CANIDIVS . C . F POBLIC
SABINVS . EQ . SING
AVG . N . TVRM . VENOCI
V . S . L . M .

NEPTVNO EQVESTRI. Equester Neptunus idem apud Romanos erat ac Consus, unde Consualia Plutarch. *Quaest. Roman.* vide Ger. Joan. Vossium *De Idololatr.* lib. 1. cap. 14.
V. S. L. M. *Votum solvit libens merito.*

IX.

Olim Panormi.

Penes Carolum de Vigintimilliis ex supra relato m. s. Indice ejus Cimelii; nunc Berolini in Regio Borussorum Regis Museo ex Laurentii Begeri Thesauro Brandeburgico *Vol. III. pag.* 409.

Aenea Lamella.

MARTI ET FORTVNAE
C . ALEFIDIVS SECVDVS
MILES . COH . XVII
D . D

In Vigintimillii M. S. diversimode legitur haec Inscriptio:

MARTI . ET . FORTVNAE
CAL . FIDIVS . II . MILES
COH . XVII .
D . D .


Begero potius, qui eam ex authographo exscripsit, fidem adhibui.

Pa-

X.

Panormi.

Effossa anno 1568. prope Ecclesiam Sancti Antonii de Cassaro ex M. S. Petri Carrera, cui titulus; Chiarezze Storiche di Sicilia.



PROTER. *Propter.*
PRO SEVIRTV. Securius *Pro Seviratu*, ita enim emendavit Muratorius in *Novo Thesauro veter. Inscript.* Vol. 1. Clas. 1. pag. 50. n. 4.

XI.

Calatanissettae.

Inventa in veteri Castro dicto Pietrarossa. *Ex M. S. Caroli Mariae Leto Pontis, & Capitarsi Baronis, cui titulus:* Notizie Storiche degli antichi Abitatori di Sicilia &c.

ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ ΙΜΕΡ ΠΟΤΑΜ

Ο ΔΑΜΟΣ ΤΙΣ ΝΙΣΙΣ

ΣΩΤΗΡΣΙΝ

Aesculapio & Himerae Fluvio
Populus Nisae
Servatoribus.

ΙΜΕΡ ΠΟΤΑΜ. *Himerae Fluvio.*
Duo in Sicilia fuere Flumina eodem Himerae nomine dicta, ambo ex Nembrode Monte hodie *Madonia* originem trahunt: eorum maximum Austrum versus decurrens, in Lybicum Mare non longe a Leocata Civitate se exonerat, & *Salsum* appellatur; aliud vero ad Aquilonem vergens Thyrreno Mari aquas permiscet inter Thermas Himerenses, & Cephaloedium *Flumen Magnum* ab incolis dictum. De his ita Silius lib. XIV. v. 232.

Litora Thermarum prisca d[illegible] camoena
Arma[illegible] suos: qua mergitur Him[illegible] Ponto
Aeolio [illegible]nam divid[illegible]
Nec minus occ[illegible] iacito, quam petit ort[illegible]
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis:
Q[illegible] Sicania non surgit ditior umbra.

Cultum a Siculis Himeram fuisse nunc primum, luculentissimo hujus Lapidis testimonio dignoscitur. De aliis Fluviis, quibus Siculorum Religio divinos praestitit honores, Virorumque sub specie venerabatur, aliqua dixi in *Collection. Veter. Panorm. Inscription.* edita anno 1762. pag. 322. quam etiam in *Disquisit. de Graecis Sicul. Dialectis* huic Operi in Prolegomenis praemissa.

Ο ΔΑΜΟΣ ΤΙΣ ΝΙΣΙΣ. *Populus Nisae.*
Fuit Nisa vetus Siciliae Oppidum, de quo Thucydides *Histor.* lib. III., *S[illegible] hyeme autem, [illegible] Siciliam [illegible] Atheni[illegible] cum sociis Gr[illegible], & [illegible] Si[illegible] vel ab Imperio [illegible] ad [illegible] defec[illegible], vel [illegible], aggressi sunt NIS[illegible] Oppidum, [illegible] Syracusani [illegible] &c.* Hinc miror Clarissimum JacoLum Philippum Dorvillium in *Sic[illegible]* cap. XVI. nullum in Sicilia, Nisae nomine, Oppidum cognovisse, subdens: *Vocab[illegible] NISA apud nullum veterem Scriptorem auctoritatem habuisse.* De loco, ubi olim fuit, variae sunt opiniones inter Sicularum rerum Scriptores, easque enumeravi in notis ad *Veter. Panormit. Inscript.* pag. 321.; adhaereo nunc etiam iis, qui aut hodiernae *Calatanissettae*, aut finitimo alicui loco eam assignant. Quo tempore inde Sicilia Romanis paruit, Coloniam habuit Nisa, eamque ded[illegible] M. Petilius, de quo alterius Lapidis infra Clas. V. exscribendi auctoritate edocemur. [illegible] cum Ubertus G[illegible] Numman[illegible]

gi-

graphe ΝΙΣΑΙΩΝ inſcriptum, eumque Niſae veteris Graeciae Civitati adſcripſiſſet, (quem etiam invenies apud Geſnerum *Numiſm. antiq. Populor. & Urb.* Tab. XLVIII.) mihi ſecurius eſt Siculae Niſae referendum; ejus enim ſchema, quod Lectorum oculis ſubjicere in Tabula Nummorum huic Operi praepoſita ſub n. XXI. non abs re eſſe arbitror, mire cum Siculis aliis Nummis, & praeſertim Syracuſanis convenire videtur. Neque heic perpendere erit ſupervacaneum, Niſam olim diutius ſub Syracuſanorum imperio fuiſſe, ut ex ſuperius relata Thucydidis narratione erudimur.

XII.

Meſſanae.

Ex Gualterio n. 1.



Aeſculapio
& Hygiae
Servatoribus
Urbis tutelaribus.

Votum hoc Aeſculapio, & Hygiae, qui Salutis Dii Praeſides apud Ethnicos erant, a Meſſanenſibus forſan poſitum fuit, ob feliciter depulſam aliquam mortiferam luem, quae in eos graſſabatur. Idque Antonino Pio Imperante evenïſſe arguitur ex alia Inſcriptione in averſa parte ejuſdem Lapidis inſculpta, & in hujus Collectionis Claſſe IV. relata, in qua legitur:

ΑΙΛΙω ΑΔΡΙΑΝω
ΑΝΤωΝΕΙΝωΙ
ΣΕΣΑΣΤω ΕΥΣΕΣΕΙ
Π Π


Aelio Hadriano
Antonino
Auguſto Pio
Patri Patriae.

Aliam Gualterius hujus Lapidis dedicationi cauſam dedit in Animadverſ. pag. 3. nempe quia *Meſſenii Peloponneſii, unde Meſſenii ad fretum deſcendunt, aeque ac Epidaurii ſibi Aeſculapii natales vindicarunt.* Hinc ille apud eos tanquam Deus habitus tutelaris.

XIII.

Cephaloedii.

In Archivio Curiae Epiſcopalis Cippus ſuperiore parte mutilus.



: : : : : : : : : :
Poly : : : ni F.
Et reliqui Cives
Herculi.


ΗΡΑΚΛΕΙ. *Herculi.* Baſis haec, aut forſan Ara; quam ego Cephaloedii cum eſſem Menſe Aprilis Anni 1766. forte detexi, de Herculis cultu apud veteres illius Civitatis Incolas nos edocet. Jam antea Philippus Paruta duos Cephaloeditanorum ediderat Nummos, in uno quorum Hercules conſpicitur, in altero ejuſdem Herois Clava, Pharetra, & Veſtis; his ego tertium huc uſque ineditum, & e meo Nummophylacio depromptum hic adjungere in Tabula Nummorum huic Operi praefixa ſub n. XXII. non injucundum eſſe arbitror. Eſt in eo ex una facie caput Herculis ſevero vultu, & hiſpida barba inſigne; ex alia vero Clava, Arcus, & Pharetra decuſſatim poſita, & Nemeaei Leonis exuviae, cum Epigraphe ΚΕΦΑ. Alios hujus Civitatis Numos Herculis cultum referentes invenies in meo nuper edito Opere, cui titulus *Siciliae Veteres Nummi* Tab. XXVI.

XIV.

Melitae:

Bilinguis Inscriptio duabus Basibus aequaliter insculpta:





Dionysius & Sarapion, Filii
Sarapionis Tyrii
Herculi Ductori.

ΗΡΑΚΛΕΙ ΑΡΧΗΓΕΤΕΙ. *Herculi Ductori.*
Theocles e Chalcide profectus Graecorum primus fuit, (quemadmodum memoravit Thucydides *Histor.* lib. VI.) qui advecta in Siciliam Classe Naxum occupavit, ibique signum & Aram Apollini *Archagetae* dicavit; dictus vero est *Archagetas* Apollo, respectu consilii, & oraculi, quod dedit Batto, cui propitiam in condenda Cyrene navigationem, & fortunam concessit, pro ut legitur apud Pindarum, *Pythior.* Ode V. Finitimi Naxiorum Tauro-

tomenitani *Apollinem Archagetam* etiam coluere, ejusque Imaginem in Nummis hac inscriptione ΑΡΧΑΓΕΤΑΣ expressere. (hos invenies in *Sicilia Numismat.* Philippi Parutae edita a Sigeberto Havercampo Amstelaedam. 1723. Vol. III. Tab. CIV., quam etiam in meo Opere, cui titulus *Siciliae Veter. Nummi* Tab. LXXXIII.) Parem ob caussam *Archagetae*, sive Ductoris nomen apud Melitenses Herculem obtinuisse non dubito; fuisse enim Melitam Phoenicum Coloniam certo certius scimus ex Diodori Siculi *Biblioth. Histor.* lib. V. cap. 12. Phoenices Duce Hercule Tyrio mediterraneum Mare ad fretum usque Gaditanum percurrisse Colonias variis in locis relinquentes, quamplurimis demonstravit monumentis summae eruditionis Vir Samuel Bochartus in *Geograph. Sacrae* p. I. lib. III. cap. 7. hinc Melitenses Herculem summa religione coluere, deque ejus Fano illa in Insula haec memoriae mandavit Ptolemaeus in ejus *Geograph. Melita Insula, in qua Melita Oppidum, & Peninsula, & Junonis Templum, & Herculis Fanum.* Hujus Templi rudera descripsere Quintinus in *Melit. Descript.* & Habela in *Melit. illustr.* lib. II. pag. 155. qui & marmorei Herculis Signi prope hoc Templum defossi etiam iconismum protulit. De Phoeniciis sive Punicis Characteribus hujus Marmoris fusius agendum erit in Classe XX.

XV.

In Oppido Sancti Stephani de Bivona.

Ex Gualterio n. 329.

HERCOLEI
THESORVS

HERCOLEI THESORVS. Interpunctionum auxilio lego *Herculi T. Hesorus*; quibus suppleo *dedit* aut dedicavit.

XVI.

Catanae.

Lapis erutus Anno 1770. e ruderibus veteris Theatri exstat in Museo praenobilis Viri Ignatii Paternionis Castelli Principis Biscaris.

VERNANTIBVS
SAECVLIS DDDNNN
GENIO SPLENDIDAE VR
BIS CATINAE
FACVNDVS PORFYRIVS
MVNATIDIVS V. C.
CONS EIVSDEM

Exstat de hoc Catanense Marmore nobilis aeque ac doctissimi Viri Ignatii Paternionis Castelli Principis Biscaris Dissertatio edita Anno 1771., cui titulus: *Discorso Accademico sopra un' antica Iscrizione trovata nel Teatro della Città di Catania*, in qua summo eruditionis adparatu, quae ad eam illustrandam pertinent, exponuntur.

VERNANTIBVS SAECVLIS. Nova in saxis formula, quae tamen consentire videtur cum aliis obviis in Nummis TEMPORVM FELICITAS. SAECVLO FELICI. FELIX TEMPORVM REPARATIO &c., quam etiam cum ea, quae legitur in Lilybaetano Marmore PRO BEATITVDINE TEMPORVM. V. Class. VII.

DDD. NNN. *Trium Dominorum nostrorum.* Nota haec est temporis, sedentibus nempe in Imperio, tribus Fratribus Augustis Constantino, Constantio, & Constante, Constantini magni filiis, pro ut recte animadvertit Paternionus in superius memorata Dissertatione. Lapis hinc ad annum 337. aut tribus sequentibus Aerae Christianae refertur, quibus Constantino jam vita functo, tres ejus filii consortes in Imperio fuere.

GENIO SPLENDIDAE VRBIS CATINAE. Obvium est in Ethnicorum theologia cuique Regno, Provinciae, Civitati Genios tributos fuisse, quos summa religione venerabantur. In Lilybaetano Lapide, qui sequitur, habetur IMAGINEM GE-

NII

NII MVNICIPII LILYBETANORVM, & in alio Claff. II. AEDEM GENIO. COL AVG. LILYBET.

Catina, five Catana, & originis vetuftate, & Civium frequentia, & Aedificiorum fplendore, & ob editos Viros illuftres, magni nominis fuit inter celebriores veteres Siciliae Civitates, quemadmodum & Sicularum rerum Scriptores, & prifcae ejus magnificentiae reliquiae manifefte teftantur. Exftat & hodie in orientali Siciliae ora ad auftrales, imafque Aetnae Montis radices fedens, *Catania* dicta veterem adhuc fervans fplendorem; ita ut inter omnes Regni Civitates tertium poft Panormum, & Meffanam locum obtineat; Sede gaudet Epifcopali, eftque in ea Scientiarum Academia, quae & *Studiorum Univerfitas* dicitur.

CONS. EIVSDEM. *Conful ejufdem*. Duumviri in Coloniis, & Municipiis aliquando fe Confules appellabant; de quo vide, quae ad hunc Marmoris locum erudite notavit Clarifs. Paternionus.

XVII.

Marfalae.

Ex Gualterio n. 131.

L : PINARIVS RVFVS OB HONOREM
AEDILITATIS . IMAGINEM . GENII
MVNICIPI LILYBITANOR . EX . ARGRVPSP

MVNICIPI LILYBITANORVM. Lilybaeum, hodie Saracenico nomine dicta *Marfala*, celeberrima fuit inter veteres Siciliae Civitates. Ejus primordia narravit Diodorus in Eclog. XIV. lib. XXII. *Biblioth. Hiftor.* his verbis: *Haec enim Urbs a Carthaginenfibus condita fuit, poftquam Dionyfius Tyrannus Motyam expugnarat Carthaginenfium; congregatos enim quos ex illa reliquos fecerat excidium, Lilybaei collocarunt*. Motyam Dionyfium obfediffe, atque expugnaffe Anno IV. Olympiadis XCV. Lyfiade Athenis fummum gerente Magiftratum, auctor eft ipfe Diodorus lib. XIV. Cum tamen idem Hiftoricus lib. XI. cap. 86. anterius, fub Anno videlicet III. Olympiadis LXXI. in certamen Lilybaetanos cum Aegeftanis de agro ad Mazarum fluvium jam commififfet; hinc recentioris aevi Scriptores, inter quos Cluverius in *Sicil. antiq.* lib. 2. cap. 1. narrationes has, tanquam inter fe pugnantes rejecere, & Diodorum quafi fui ipfius immemorem redarguerunt. Ejus tamen partes propugnare aggreffus fuit Samuel Bochartus in Opere *De Colon. Phoenic.* lib. 1. cap. 27. haec contraria fibi videri negans, faepe namque Urbem conditam effe dicimus, cum augetur & reparatur; ideo facile fibi perfuafit, exftare potuiffe Lilybaeum etiam ante captam Motyam, fed tum demum Dionyfii aevo celebrem, novis additis Colonis, evafiffe. Quae, non fine veri quadam fpecie fcripta, haud dubie vir praeftantiffimus induxiffet omnia (fubdit Petrus Veffelingius *in Notis ad Diodorum Vol.* 1. *pag.* 584. *edit. Amftelaedam. an.* 1746.) fi alterius Diodori loci lib. XIII. cap. 54. fub Anno IV. Olymp. CXIII. fuerit recordatus. Noviffima haec funt Graeci Hiftorici verba, quae extra omnem dubitationis aleam, ea quae ex lib. XI. cap. 86. fuperius notavi, manifefte infirmare videntur: *Interim Hannibal expofitis in terram copiis caftra metatur, a Puteo illic exorfus, cui tempeftate illa Lilybaeo nomen erat; fed multis poft annis Oppido condito nominis cauffam praebuit*. Utcumque tamen fe res habeat, fuiffe Lilybaeum munitiffimam in Sicilia Carthaginenfium Arcem, fatis fuperque conftat Polybii, Diodori, Titi Livii denique teftimoniis. Eam Romani decenni obfidione fruftra tentaverunt; tandem quo tempore, primo expleto bello Punico, pax inter eos & Carthaginenfes fuit firmata, ut de tota Sicilia, excepto Hieronis regno, fic actum eft de Lilybaeo, eorumque potentiae omnia ceffere. Sub Romanis maxime floruiffe Lilybaetanam Civitatem, diferte Tullius oftendit in omnibus fere Orationibus pro Siculis contra C. Verrem fcriptis. Municipii praerogativa donatam fuiffe hoc ex Marmore difcimus, indeque Coloniam Auguftam in eam fuiffe deductam, alterius Lapidis teftimonio, in quo fcriptum legitur COL. AVG. LILYBIT., erudimur.

EX. ARGRVPSP. *Ex Argento rudi pecunia fua pofuit*.

XVIII.

Panormi.

In Mufeo Regiae Univerfitatis.

ΚΛΕΑΓΟΡΑΣ ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ
: : ΝΕΘΗΚΕ ΤΡΑΠΕΞΑΝ

Cleagoras Maffilienfis Veneri
Dedicat Menfam.


ΜΑΣΣΑΛΙΩΤΙΣ. E *Maffalia*, five *Maffilia* Galliae Narbonenfis praec.pua Civitate.

Mef-

XIX.

Messanae.

Ex Gualterio n. 3.



Nauri
Lympis Hyperboli F.
Eugnis Eubii F.
Phrynidas Tisandri F.
Caisus : : : : : : :
Aristodamus Eubii F.
Geaucus : : : : *Eufe* : : *F.*
: : : : : : : : : : : : : : :
Pis : : *andrus* : *Agaoonis F.*
Caida Tisandri F.
Alodorus Archedami F.
Xupyrus Naucratis F.
: : : : : : : : : : : :
Echron Aristoxeni F.
Veneri.

ΝΑΥΡΟΙ. In Panormitana editione censuit Gualterius, hac voce designari posse in Marmore Comicos, aut Mimos, in Messanensi vero Populi cujusdam, aut Lapicidae nomen. Clariss. Muratorio in *Novi Thesauri &c.* Vol. II. Clas. IX. pag. 631. cum lacunis Marmor abundaret, visum potius fuit, pro ΝΑΥΡΟΙ legendum esse ΝΑΥΡΟΒΑΤΑΙ *Naurobatae*, quo titulo Funambulorum peculiare genus apud Graecos denominabatur. Hisce tamen sententiis si meam liceat addere, dicerem, *Naurorum* forsan nomine apud Messanenses designari Magistratum aliquem, aut Sacerdotum Collegium, a quibus Ara fuit Veneri dedicata.

XX.

In Civitate Erycis.

Ex Gualterio n. 155.


VENEREI ERVCINA . . .

VENEREI ERVCINAE . Civitas *Mons Drepani*, alias *Sancti Juliani* dicta, illo inest loco, in quo olim fuit Eryx inter veteres Siciliae Urbes vetustissima. Erat in ea Templum tota fere Antiquitate celebratissimum, ubi peculiari quadam Religione Veneri cultus praestabatur, & a quo *Erycinae* Dea ipsa nomen accepit. De eo scripserunt Polybius lib. II. cap. 7. Diodorus lib. IV. cap. 85. Strabo lib. VI. Athenaeus lib. IX. cap. 11. Aelianus *Variar. Histor.* lib. IV. cap. II. aliique quamplurimi.

XXI.

Catanae.

In Museo Principis Biscaris, Ara effossa prope Oppidum Paternionis Anno 1759.



HYBLENSI. Tres ad minus fuere in Sicilia Hyblae, *Galeotis* una, *Heraea* alia, *Major* denique tertia; de his omnibus fusius scripsere Jac. Phil. Dorvillius in *Siculis* cap. X. & Vitus M. de Amico in *Lexic. Topograph. Siciliae* Vol. I. Harum una certe agro Catanensi proxima fuit haud procul ab Oppido Paternionis.

XXII.

Catanae.

Ex Gualterio n. 31.

K

ΔΗΜΗΤΗΡΗ ΙΕΡ


Cereri sacrum.

ΔΗΜΗΤΗΡΗ. *Cereri*. Hanc Gualterii versionem, & quidem merito, explodit Clariss. Dorvillius *Sicul.* cap. XIII. neque Cereri adjudicandus est lapis, nisi in eo fuerit scriptum, ΔΗΜΗΤΡΙ.

XXIII.

Panormi.

In Praetorio.



: : RER ; : Cereri legendum in prima linea, quemadmodum & Gualterius & Muratorius consenserunt.

EX MVLTIS. Idest EX MVLCTIS sive poenis pecuniariis, quas Veteres ad Religionis commodum destinabant. In Liparensi Marmore inferius Classe V. exscribendo legitur EX AERE DAMNARVM ANNI AEDILITATIS SVAE &c. Rectius scribitur MVLTA quam MVLCTA, quemadmodum monuit Aldus Manutius in *Orthograph. Rat.* pag. 531. *E[illegible] MVLTA libentius quam MVLCTA scribunt, cum quibus consentiunt Libri veteres, & Lapides.* In vetustissimo Marmore edito a Cl. [illegible] *Mus. Veronens.* pag. 469. n. 2. est inscriptum [illegible]STORES . AIRE . MOLTATICOD . DEDERONT.

Mes-

XXIV.

Messanae.

Ex Gudio pag. XVI. *n.* I.

CERERI . FRVGIF
SACRVM
P . EGNATIVS . P . FIL
GALER . PROCVLVS
MAGISTER . VI . VIR
AVGVSTALIS . PAT
RONVS . MESSANEN
IIII . VIR . QVINQVENN
ET . PRAEFECTVS . FABR . N N̄
SVA . PECVN . DEDICAV

PATRONVS. MESSANEN. Messana hodie *Messina*, clarissima fuit inter veteres Siciliae Urbes, *Zancla* primitus, inde *Messana* dicta, postquam eo se receperunt Messenii, ducibus Gorgo & Manticlo, qui novis Colonis eam auxerunt. Ab Italia est angusto freto disjuncta, Portumque habet celeberrimum nulli tota fere Europa secundum. Ea floret hodie frequentia Civium, copiarum abundantia, Aedificiorum magnificentia, ut inter reliquas Siciliae Civitates, excepta Panormo, primas eam tenere omnes consentiant.

XXV.

Catanae.

In Basi Simulacri cubitalis ex argilla ex Gualterio n. 48.

ΠΕΡΣΕΦΟΝΗ
ΒΑΣΙΛΙΣ
ΚΑΤΑΝΑ : Α : :

Proserpina
Regina : :
Catana : :

ΠΕΡΣΕΦΟΝΗ. *Proserpina* eadem ac Libera, Cereris filia, cui tota erat Sicilia consecrata. De qua Cicero in *Verr.* Lib. IV. Orat. IX. c.48. *Vetus est haec opinio, Judices, quae constat ex antiquissimis Graecorum litteris, atque monumentis, Insulam Siciliam totam esse Cereri, & Liberae consecratam. Hoc quum ceterae Gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum, atque innatum esse videatur.* Hoc idem scripsit Diodorus lib. V. cap. 2. *Frequentantes haec Siceliotae a Majoribus per traditionem tot saeculis continuatam acceperunt, Insulam Cereri, & Proserpinae dicatam esse.*

XXVI.

Alcami.

Defossa Anno 1776. *exstat penes Petrum Lombardo.*


ΑΘΗΝΑ ΠΑΡΘΕΝΟΣ
ΤΟΙΣ ΛΕΩΣ
ΤΟΝ ΒΙΟΝ
ΔΩΣΩ

Minerva Virgo
Populis
Vitam
Dabo.

XXVII.

Panormi.

In Praetorio.



EX

EX IM : : : *Ex Imperio*, formula fatis obvia in vetuftis lapidibus, alias EX VISV. EX MONITV. EX ORACVLO. IVSSV. &c. De qua vide Joannis Nixoni *Differtationem ad Marmor Eftorianum* pag. 12. edit. Londin. 1744. & Jacobi Phil. Dorvillii *Mifcellan. Obferv. Critic.* Vol. IV. pag. 143. In Florentino Marmore edito a Clarifs. Ant. Francifco Gorio in *Antiq. Infcript. Etruriae* Vol. III. pag. XIII. n. 19. pro ut in noftro legitur.

FERONIAE
EX. IMP
VENETEIA
MAXIMA

XXVIII.

Panormi.

Clypeolum Signi Militaris ex Aere in Mufeo Regiae Univerfitatis.



FOR. VICTRICI. ANTI. *Fortunis Victricibus Antiatibus*. Eximium hoc, & ut ita dicam, veteris Rei bellicae fere fingulare Monumentum edidi, & illuftravi in *Panormitanis Infcriptionibus* n. XLVII. pag. 250. Sortes Antiates in eo expreffas effe hoc ex latere demonftrans. In alio vero, in quo legitur SENATVS POPVLVS, Romani alicujus Imperatoris caelatus eft reditus ex bello, iifdem fere figuris, quae paffim in maximi moduli Nummis confpiciuntur; in orbem vero eft infcriptum PLACENT MARTI IN BELLO FEROCES.

In Marmore apud Gruterum *Infcript. Antiq.* pag. LXXII. n. 3. legitur

FORTVNIS. ANTIATIBVS
M. ANTONIVS. RVFVS. AXIVS
DAMASCO. S. D. D.

Obvium item eft Antiati Fortunae vota pluries nuncupata fuiffe in Militaribus expeditionibus Romanorum Imperatorum.

O Diva gratum quae regis Antium &c.
Serves iturum Caefarem in ultimos
Orbis Britannos, & juvenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanoque rubro.


Horat. Od. 35. Lib. I.

Pa-

XXIX.

Panormi.

In Aedibus Salvatoris de Monteaperto Principis Rahalfadalis.




PRAETER SVMMVM. *Praeter summum.* D.D.P.S.P. *Decreto Decurionum Pecunia sua posuit.*

XXX.

Agrigenti.

Ex Gualterio n. 115., correctiorem vero habui a Salvatore Hectore Antiquar. Londinensis Academiae Socio.



CONCORDIAE . AGRIGENTINORVM . SACRVM . Agrigenti Concordiae Templum a Lilybaetanis post adeptam victoriam fuisse dedicatum ex hac Inscriptione arguit Fazellus *de Reb. Sicul.* Dec. I. lib. VI. cap. I. illudque fuisse affirmans, quod hodie pene integrum cernitur Divo Gregorio Agrigentino Episcopo sacrum. Cajetanus in *Isag. ad Hist. Sacr. Siculam* cap. 31. Fazelli sententiam libenter amplexus est. Hujus postmodum Templi Ichnographiam edidit Pancratius in *Antiqu. Sicul. Explic.* Vol. II. pag. 85. subdubitans tamen, an vere Concordiae Aedes hae fuerint, ad quas hoc Marmor attineat. Postmodum anno 1764. *Sicula* Jac. Philippi Dorvillii a Clarifs. Petro Burmanno Secundo edita fuere, in quibus cap. V. pag. 95. cum de Divi Gregorii Templo loqueretur Auctor, prolixe etiam de hac agit Inscriptione, eamque recentioris aetatis figmentum esse asserere non dubitavit; Fazellum, & Gualterium acriter objurgans, qui tam facile ex ea sibi persuaserunt, Concordiae apud Agrigentinos Templum exstitisse. Ejus potiora argumenta haec sunt: *Cur haec Inscriptio latina? quale bellum, & quando gestum inter Agrigentinos, & Lilybaetanos, quo victoria reportata ab Agrigentinis? . . . . . . Qui sunt illi Proconsul M. Haterius Candidus, & L. Cornelius Marcellus? Unde Proconsul ea aetate in Sicilia, in quam Praetores mitti consueverant? Quare non sufficit dedicationi, si ita velis, Templi Proconsul, ut ei Collega datur Quaestor Pro-Praetore? Quis in una Provincia vidit & Proconsulem, & Quaestorem loco Pro Praetoris fungentem? Denique si vel hic Lapis est indubitatae fidei, unde monstrabitur istud, aliquo facere modo ad Aedificium, de quo loquimur? Indocti hujus saxi confictores nesciverunt, quid Graeci, ad quorum formam haec Inscriptio concinnata, intellexerint, quando in Nummis suis* ΟΜΟΝΟΙΑΣ *memoriam consecraverunt. Non enim a bello, pace facta, tale quid soliti erant, sed quum potius diu amicae Urbes fuissent, hoc indicio Concordiam testari volebant: & si belli peculiaris tempus inter Agrigentinos, & Lilybaetanos mihi quis ostendat ea aetate, qua probabiliter Romanum idioma hoc vigere potuerit, non invitus γνησιότητα Lapidis agnoverim. At nec sic tamen mihi aliquid ad Templum hoc facere ista Inscriptio videbitur. Quare incertum, ut de reliquis fere Fanis Siculis, cui Deo fuerit dicatum, incertum quoque an Concordiae umquam aliqua Aedes Agrigenti fuerit consecrata.* At post tanti Viri judicium, si meam de hac re liceret proferre opinionem, dicerem: quamvis Fazelli sententia de Templo Concordiae, deque bello inter Agrigentinos & Lilybaetanos, jure juxta mentem Dorvillii explodenda esset, non inde sequeretur Inscriptionem hanc inter recentioris Aevi figmenta esse rejiciendam. Potuit enim (neque aliquid huic officere videtur) sub Imperatoribus Romanis, quo tempore Proconsules ad Siciliam regendam mittebantur, a Lilybaetanis Agrigenti Concordiae aut Signum, aut Aram, aut Templum dedicari, tanquam veteris amicitiae inter duas Urbes Monumentum, cui Arae, aut Signo, aut Templo inscribi hanc Epigraphem voluere. CONCORDIAE COLLEGI BRACTEARIORVM INAVRATORVM Aram dicatam invenies inter Inscriptiones Donianas Claf. IX. n. I. De dedicationibus Signorum, & Statuarum a duobus, vel pluribus personis factis, non adeo nova tota in Antiquitate modo oritur mentio. Notas postmodum illas Q. PR. PR. Lucii Cornelii Marcelli dignitatem indicantes, quaeque a Gualterio explicatae *Quaestore Pro Praetore* Dorvillium, & quidem jure, exterruere, aliter interpretandas duco: nempe *Quaestore Primae Provinciae*. Omnibus enim est pervium, Siciliam duas Romano Imperio Provincias constituisse; prima, quae dicebatur Lilybaetana, secunda quae & Syracusana; quarum regimini etsi unicus mittebatur Praetor, bini tamen Quaestores earum redditus administrabant. *Quaestores utriusque Provinciae, qui isto Praetore fuerant, cum fascibus mihi praesto fuerunt.* Cicero *in Verr.* Act. II. lib. 2. cap. 4. Cum ergo primae Provinciae Siculae, intra cujus fines Agrigentum erant, & Lilybaeum, Quaestor fuisset L. Cornelius Marcellus, ideo in Lapide, ut a Quaestore alterius Provinciae distingueretur Q. PR. PR. *Quaestore Primae Provinciae* dicitur.

XXXI.

Panormi.

Ex Gualterio n. 217.

HVIVS NYMPHA LOCI SACRI CVSTODIA FONTIS
DORMIO DVM BLANDE SENTIO MVRMVR AQVE
PARCE MEVM QVISQVIS TANGIS CAVA MARMORA SOÑVM
RVMPERE SIVE BIBAS SIVE LAVERE TACE

Cuperem, benevolus ut Lector adeat quae de hoc Epigrammate scripsi in *Antiq. Panormi Inscription.* editis Anno 1762. pag. 98., quibus tantummodo hic addere opus est, Clarifs. Petro Burmanno Secundo in *Antholog. veter. Latinor. Epigramm.* lib. I. pag. 62. suspectum illud, & commentitium visum esse.

Sy-

XXXII.

Syracufis.

Ex Octavii Cajetani Ifagoge ad Hiftor. Sacr. Siculam *cap.* XXX. *pag.* 216. *edit. Panormi* 1707.

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΑ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΤΑ ΤΡΙΚΛΕΙΝ : :
ΚΑΙ ΤΩΝ ΒΩΜΟΝ
ΝΥΜΦΑΙΣ

Ariftobula
Theodori F.
Triclinia ,
& Aram
Nymphis .

ΤΡΙΚΛΕΙΝ : : *Triclinia* . Heic fumenda non pro locis convivalibus , in quibus Veteres coenabant , fed pro Lectis difcubitoriis , qui in Templis fternebantur ad facras Epulas concelebrandas . Argentea , & aerea fuiffe etiam Triclinia auctor eft Plinius *Hiftor. natural.* lib. XXXIII. cap. 11. & lib. XXXIV. cap. 3. Eaque in Templis in Deorum honorem undique dedicari folitum effe, fumma eruditione demonftravit Joannes Nixonus in *Differt. ad Marmor Eftonianum* edit. Londin. 1744. pag. 27.

XXXIII.

Catanae.

In Mufeo Monafterii Benedictinorum Cafinenfium S. Nicolai de Arena .

MATRI . DEVM . ET
NAVI SALVIAE
SALVIAE VOTO
SVVSCEPTO (*fic*)
CLAVDIA SINTH
YCHE . D . D

De hujus Infcriptionis fide eft dubitandum ; fufpicor enim modernam manum vetus in novo Marmore Epigramma infcripfiffe ; confimilem namque Romae in Vaticana Bibliotheca exftare monuit Clarifs. Maffejus *Obferv. Litterar.* Vol. VI. pag. 292. & *Muf. Veronenf.* pag. 90. quam ita dedit exfcriptam .

MATRI DEVM ET NAVI SALVIAE
SALVIAE VOTO SVSCEPTO
CLAVDIAE SYNTYCHE
D . D .

Quae porro fit haec *Navis Salvia* , non adhuc compertum eft ; de ea aliam dedit Infcriptionem Muratorius in *Novi Thefauri* Vol. 1. Claf. 1. pag. 98. , tertiamque e *Veronenfi Mufeo* protulit Maffejus loco citato .

XXXIV.

Panormi.

Ex Gualterio n. 229.



XXXV.

Tauromenii.

Ex Octavii Cajetani Ifagoge ad Hiftor. Sacr. Siculam *cap.* IX. *pag.* 66.

FVLGVR
CONDITVM

Bidentalia haec funt , quibus Terra de caelo tacta , tegebatur . De hujufmodi ritu apud Veteres , cui allufiffe videtur Lucanus *De Bello civili* lib. 1. v. 605. his verbis :

Dumque illi effufam longis anfractibus Urbem
Circumeunt ; Aruns difperfos fulminis ignes
Colligit , & terrae moefto cum murmure condit.

aliqua dixi in Volumine *Veter. Panormi Infcript.* pag. 100.

CLASSIS II.

Templa, Aedes sacrae, Dona sacra.

I.

Melitae.

Ex Jo: Franc. Habelae Melita illustrata *pag.* 207. *& ex Gualterio n.* 341.

CHRESTION . AVG . L PROC
INSVLARVM MELIT . ET . GAVL
COLVMNAS CVM FASTIDIIS
ET PARIETIBVS TEMPLI DEAE
PROSERPINAE VETVSTATE
RVINAM IMMINENTIBVS
: : : : : : RESTITVIT
SIMVL ET PILAM INAVRAVIT

PROC. INSVLARVM MELIT. ET GAVL. *Procurator Insularum Melitae, & Gauli.* Siciliae adjacentibus in Insulis Procuratores peculiares publicos redditus collegisse credendum est; quum in hoc Lapide de Procuratore Insularum Melitae, & Gauli agi videatur, & in alio Liparensis Insulae, quem infra exscriptum dabo Clas. v. Cornelius Masurius dicatur PROCVRAT. TI. CAESAR. AVG. &c. Hi Procuratores in Provincias ab Imperatoribus mittebantur, de quibus Dio Cassius in *Hist. Romanae* lib. LIII. cap. 15. Vol. 1. pag. 708. edit. Hamburg. 1750. *Imperator etiam Procuratores (sic enim ii vocantur, qui publicos redditus colligunt, & praescriptas ipsis impensas faciunt) in omnes suas, ac Populi Provincias ex Equitibus alios, alios ex Libertis mittit.*

CVM FASTIDIIS. legendum CVM FASTIGIIS, quemadmodum notavit Clarifs. Petrus Burmannus Secundus in *Comment. ad Numism. Sicul.* edito ad calcem *Siculorum* Jac. Phil. Dorvillii pag. 492.

TEMPLI. DEAE PROSERPINAE. De Melitensi Templo Deae Proserpinae plura scripsit Jo. Franc. Habela in *Melit. illustr.* lib. II. cap. 6.

RVINAM IMMINENTIBVS. Potius RVINAM MINANTIBVS ex eodem Clarifs. Burmanno, loco superius citato.

II.

Marsalae.

Ex Epistola M. S. Antonii Cordicis ad Carolum de Vigintimilliis modo asservata in Bibliotheca Regiae Panormitanae Universitatis; eumdem Lapidem vidit Anno 1765. *in fronte Ecclesiae Sancti Nicolai, quae est in Castro ejusdem Civitatis, Franciscus Tardia V. C. Mazarensis Ecclesiae Canonicus.*

M . PACONIVS . L . F . POMP . VIPSANVS PROCVLVS
AED . AEDEM . GENIO . COL . AVG . LILYBIT . S . P . F

COL. AVG. LILYBIT. *Coloniae Augustae Lilybitanorum.* Fuisse Lilybaeum Coloniam Augustam solum ex veteribus Lapidibus innotuit: habetur enim in alio ORDO SPLENDIDVS. COL. AVG. LILYBET. sicuti quoque & in tertio. RESP. COL. HEL. AVG. LILYBIT. *Respublica Coloniae Heliae Augustae Lilybitanorum.* Ex quo *Heliae* cognomine facile quis suspicari poteft, Coloniam hanc Hadriano Imperante, aut deductam, aut saltem insigniter auctam fuisse; is enim Hierosolymam a Tito jam pridem eversam, & postea Romanorum Colonia restauratam, summa largitate mirifice auxit, deque suo nomine Heliam dixit; uti expresse memoratur a Cassiodoro in *Chronic.* & a Jornande in *Comment. de Regnor. & tempor. successione* lib. I.

III.

Syracufis.

Epigraphe teffellato opere, nigris albifque lapidum cruftis efformata, quae effoffa fuit die XI. *Februarii Anni* 1576. *in area five planitie S. Margaritae, e fchedis Vincentii Mirabellae penes Jo: Baptiftam Alagona Syracufarum Epifcopum; retulit & eam Gualterius n.* 105.

CN OCTAVIO . A . F . MI . NICONAR . BOLONAR
VELIC . VENER . TARIC . PAVIMENTVM . SEDI
LIA . FECIT . ÆDEMQVE . REFICIENDO . COIR


Meliore exfcriptore Lapis indigebat; Gualterius eum non vidit; hinc verba, quae nullum fenfum reddunt, veteri retenta lectura, adoptavit.

NICONAR. Gualterius exfcripfit NICONOR; in *Mirabellae* fcheda inveni NICONAR.

IV.

Melitae.

Mifit Antonius Comes de Ciantar Regiae Infcript. & Human. Liter. Parifienfis Academiae Socius.



Dolendum, nobiliffimum Lapidem ita ex omni latere mutilum ad nos perveniffe; eum fummo conatu fupplere in primis nifus eft hoc modo Clarifs. Comes Jo: Antonius Ciantar Regiae Infcript. & Human. Litterar. Parifienfis Academiae Socius in *Differtatione* de eo edita Anno 1749.

Municipi Melitenfium Primus omni . . . . fecit. Item Aedem marmoream Apollinis confecravit. Item pofuit Pronao Columnas IIII. *& Parafcenium*

Et

Et Podium , & Pavimentum
Aedificavit in quod opus universum
Ex liberalitate sua (dedit) sestertios nummos centos denos mille septingentos nonaginta duos S. Quir. ob
Melitensium desiderium ob
Merita ejus Aeris collatione dedit dicavit

Post Ciantarium hanc in Palaestram descendit eruditissimus Praesul Stephanus Borgia , cujus *Dissertatio* habetur in *Diario literario Romano* Anni 1751. , Lapidemque ita supplendum censuit .

Municipi Melitensis primus condidit . Item Aedem marmoream
Apollinis consecravit . Item posuit
Pronao Columnas IV. *& Parastatas*
& Podium , & Pavimentum
Aedificavit , in quod opus universum
Nobilitate sua HS C̄XDCCXCII. *structuraque*
Melitensium desiderium omnium
Conlatione dedit dicavit

Tandem in *Monum. ad Histor. literar. Siculam spectantibus* Panormi editis Anno 1756. Francisci Agius de Soldanis publicae Melitensis Bibliothecae Praefecti Epistola fuit impressa , in qua de eadem Inscriptione haec habetur interpretatio .

Municipi Melitensis Primus omnium
Aram , itidem Aedem marmoream
Apollinis consecravit , item pro
Pronao Columnas IV. *& Parastatas & Podium & Pavimentum*
collocavit , in quod opus universum
Liberalitate sua H̄S C̄XDCCXCII *supra*
quod omnium Melitensium desiderium obtulit Operis collatione D. D

Cui nam ex tribus hisce interpretationibus magis sit deferendum , statuant Eruditi . In rebus tam incertis Hariolum agere numquam probavi ; solum ex undique interrupto Marmoris sensu colligo Melitae Apollinis Templum tunc dicatum , consecratumque fuisse .

V.

Olympiae.

Inscriptio insculpta Donario Hieronis Syracusarum Tyranni.
Ex Pausaniae Veter. Graec. Descript. *lib.* VIII.

ΣΟΝ ΠΟΤΕ ΝΙΚΗΣΑΣ ΖΕΟΥ ΟΛΥΜΠΙΕ ΣΕΜΝΟΝ ΑΓΩΝΑ

ΤΕΘΡΙΠΠΩ ΜΕΝ ΑΠΑΞ ΜΟΝΥΝΟΧΕΛΗΤΙ ΔΕΔΙΣ

ΔΟΡ ΙΕΡΩΝ ΤΑΔΕ ΣΟΙ ΕΧΑΡΙΑΣΑΤΟ ΠΑΙΣ ΔΕ ΑΝΕΘΗΚΕ

ΔΕΙΝΟΜΕΝΗΣ ΠΑΤΡΟΣ ΜΝΗΜΑ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ

Jupiter Olympie , qui in certamine tuo fuit victor
Semel Quatriga , bis autem uno Equo
Hieron , voverat tibi haec dona . Posuit autem Filius
Dinomenes Patris Syracusii Monumentum .

ΙΕΡΩΝ. Hiero Dinomenis filius Gelonis frater Syracusarum Tyrannus , de cujus victoria in Olympicis agonibus Pindari exstat Odes , quae prima est ex *Olympicis* .

ΔΕΙΝΟΜΕΝΗΣ . *Dinomenes , filius fuit Hieronis* , de quo Pausanias lib. VIII.

VI.

Catanae.

Lamella Aenea .

Edidit Vitus Maria de Amico Ord. Sancti Benedicti Congr. Casinatis Abbas in Catanae illustratae *Vol. III. lib.* X.

ANNIA ZOSIMA
VOTVM
LVCERNAM

Pa-

VII.

Panormi.

In Museo Regiae Universitatis.

CTHΛAI	TITVLI
ЄΝΘΑΔЄ	HEIC
ΓΤΠΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ	ORDINANTVR ET
ΧΑΡΑCCONTA Ι	SCVLPVNTVR
ΝΑΟΙC ΙЄΘΡΟΙC	AIDIBVS SACREIS
CΥΝЄΝЄΡΓЄΙΑΙC	CVM OPERVM
ΔΗΜΟCΙΑΙC	PVBLICORVM

Officinae alicujus Marmorarii, in qua publica auctoritate Aedium facrarum, & Operum publicorum Tituli fculpebantur, appofita fuit haec Infcriptio, privatis ut a locis diftingueretur. De ea plura dixi in Collectione *Veter. Panorm. Infcript.* n. XXXVII. pag. 231.

ΤΥΠΟΥΝΤΑΙ. ita in Marmore; fufpicor tamen Τ. lineolam fuperiorem exefam effe: legendum ergo ΤΥΠΟΥΝΤΑΙ.

ΙЄΘΡΟΙC. rectius ΙΕΡΟΙC.




CLASSIS III.

Sacerdotes, aliique Sacrorum Ministri.

I.

Thermis.

Effossa Mense Februario Anni 1768., *& in fronte Aedis publicae locata.*



Antia M. F. Cleopatra, cui Lapis positus fuit, Sacerdotii cujusdam nobis ignoti fungebatur honore. Dedicatio ipsa Pontificum, sive Populi jussu, & Decurionum Decreto facta fuit; utrumque enim indicant literae illae PO. ad finem tertiae lineae, & aliae D. D. ad initium quartae exaratae. Verba praeterea illa IMPENSA PV : : : REMISSA nil hac in dedicatione publicae pecuniae impensum, immo omnia privatis sumptibus facta fuisse, significare videntur. In reliquis tenebras invenio, quibus tamen haud parum lucis adfulget ex Viterbiensi Marmore Severo cuidam olim posito, & a Clarifs. Muratorio edito ad calcem *Novi Thesauri Veter. Inscript.* Vol. IV. pag. 2026. n. 6., in quo legitur CVI. CVM. OB. ABSTINENTIAM. SINGVLAREM. EIVS. DECVRIONES. CONSENSIENTIBVS. AVGVSTALIBVS. ET. PLEBE. STATVAS. AERE. CONLATO. OBTVLISSENT. REMISSA. CONLATIONIS. IMPENSA. IPSE. PONI. IVSSIT. OB. QVARVM. DEDICATIONEM. HEREDES. EX. TESTAMENTO. EIVS. DECVRIONIBVS. SING. -ƆC-. III. AVGVSTALICIS. -ƆC-. III. PLEBEI. INTRA. MVRVM. HABITANTIBVS. -ƆC-. II. LIBERIS. OMNIVM. EORVM. DIMIDIVM. DEDERVNT. L. D. D. D.

II.

Romae.

Ex Collectione antiquar. Inſcript. Jani Gruteri edit. Graevii An. 1707. *Vol. II. pag.* 308.

CASPONIA P . F .
MAXIMA
SACERDOS CERERIS
PVBLICA
POPVLI . ROMANI
SICVLA .

SACERDOS CERERIS POPVLI ROMANI SICVLA. Sacra Cereris extra Graeciam a Graecis ſemper Sacerdotibus, & Miniſtris curabantur. Quo tempore Carthaginenſes, maxima a Syracuſanis accepta clade, Cererem, & Proſerpinam, quarum Fana expilarunt, placandas decrevere, Graecos homines Sacris his faciundis adhibuerunt; de quo haec habentur ex Diodori Siculi *Bibliotheca Hiſtorica* lib. XIV. cap. 77. *Etſi vero in Sacrorum patriorum ritu neque Proſerpinae, neque Cereri prius cultum adhibuerunt, clariſſimos tamen Civium Sacerdotio harum praeficiunt: Dearumque Statuis cum omni magnificentia dedicatis, Graecorum ritibus ſacrificia in poſterum obeunda curant: & Graecorum, quos penes ſe habebant lectiſſimos, cum ſingulari delectu miniſterio Dearum applicant.* Idem Romae ſervatum fuit; Graecas enim Sacerdotes Deae cultui praepoſitas ſemper fuiſſe, luculentiſſimo in primis Ciceronis *Orat. pro L. Corn. Balbo* cap. 24. teſtimonio edocemur. *Sacra Cereris, Judices, ſumma Majores noſtri religione confici, caeremoniaque voluerunt: quae cum eſſent aſſumpta de Graecia, & per Graecas ſemper curata ſunt Sacerdotes &c. . . . . . His Sacerdotes video fere aut Neapolitanas, aut Velienſes fuiſſe &c.* Ex eo igitur, quod in Marmore Caſponia Maxima, *Sacerdos Sicula Cereris* dicitur, omnino ſtatuendum eſt, huic miniſterio addictam fuiſſe, quia Graeca; inter Graeciae namque fines tempeſtate illa Sicilia enumerabatur, & Siculi a Graecis oriundi Coloniis, *Graeci Siceliotae* paſſim denominabantur.

III.

Syracuſis.

Ex Octavii Cajetani Iſagoge ad Hiſtor. Sacr. Siculam *cap.* III. *pag.* 19.

Graeca deſiderantur.

Dum eſſet Sacerdos Syriae Deae
Tiberius Tiberii F.
Pontifex Fil. Dapſili
Amphilobi vero Paeadia qui fuit Theodori qui fuit
Morrecini qui juſta fecere
Praeſides Syriae Deae ſingulis Annis
P. Plonus P. Filius
M. Pomponius Di . . . .
L. Lucinius . . . .
L. Octavius L . . . .
T. Phaecius . . . .
Atale . . . .
Eutich . . . .

Sacerdos Deae Syriae. De Dea Syria, deque ejus cultu, Templo, Sacerdotibus, & aliis narrationem hiſtoricam ſcripſit Lucianus Samoſatenus, quae in ejus Operibus habetur ſub titulo *De Dea Syria*. Quaenam vero fuerit haec Dea, non bene inter ſe conveniunt Scriptores; illam enim eamdem ac Venerem eſſe, quae & Aſtartes erat apud Phoenices, auctor eſt Cicero *De Natur. Deor.* lib. III. cap. 23., quam ſententiam Diodorus *Biblioth. Hiſt.* lib. V. ſequutus eſt. Plutarchus vero in *Vita M. Craſſi* Venerem ne hoc ſub nomine, an Junonem Veteres coluerint, definire noluit. De Cybele quoque *Syria Dea* dicta ex ingenti honore, quo illa in Syria afficiebatur, fuſius ſcripſit Clariſs. Bern. Montfauconius in *Antiquit. Explic.* Vol. 1. lib. 1. cap. 3. Quidquid vero de ea ſit, certe ex hoc Marmore diſcimus, ejus cultum Siciliam uſque perveniſſe, Syracuſanosque praeſertim, Sacerdotes, & Pontifices ejus famulatui addixiſſe.

In

IV.

In Oppido Calatafimis.

Eruta e veteris Segeftae ruinis; ex Gualterio n. 321. *quam etiam e Jac. Phil. D'orvillii* Siculis *pag.* 582.

ΔΙΟΔΩΤΟΣ ΤΙΤΙΕΛΟΥ ΑΠΠΕΙΡΑΙΟΣ

ΤΑΝ ΑΔΕΛΦΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΑ

ΜΙΝΥΡΑΝ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ ΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΑΝ

ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ

Diodotus Titieli F. Appiraeus Sororem fuam Taminiram Artemonis F. Sacerdotem Veneri Coelefti commendat.

ΑΠΠΕΙΡΑΙΟΣ. *Apiraeus*. *Apyrae*, five *Aperrae* veteris Lyciae Urbs: de qua vide Mich. Baudrandii *Lex. Geograph.* Vol. 1. pag. 49.


ΤΑΜΙΝΥΡΑΝ. *Taminyram*. Nomen Mulieris. Reinefius in *Syntagmate Infcript. antiq.* Claf. V. n. XI. nomen hoc e fuo penu vertit in ΜΥΡΙΝΑΝ, & plurima, ut ad id Lapidis fcripturam traheret, inopportune congeffit.

ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ. *Veneri Coelefti*. Venerem *Coeleftis*, five *Uraniae* cognomine colebant Ethnici, eamque a Populari Venere diftinguebant; qua de re funt confulendi Petrus Jurieus in *Hift. Dogmat. & Cultuum* p. IV. cap. 7. pag. 629. Carolus Patinus in *Comment. ad antiqu. Marcellinae documentum* pag. 407. Bruchardus Struvius in *Syntagm. Antiquit. Roman* cap. 1. pag. 97. edit. Jenae 1728. aliique quamplurimi.

V.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 125.



FLAM. IMP. ANTONINI. Lucius hic Amatius, cui Populus Lilybaetanus Lapidem pofuit, Flamen fuit Imperatoris Antonini, qui poft mortem tefte Julio Capitolino *meruit & Flamen, & Circenfes, & Templum, & Sodales Antoninianos*.

: : : YCETANAI. PRINAXOINAE. Quid fint voces iftae prorfus ignoro; Lapidem non vidi, hinc dubito exfcriptoris incuria aliquid mendofe in eo infertum effe.

L. P. D. D. D. *Locus publice datus decreto Decurionum*. Sertor. Urfat *De Not. Roman.* in Vol. XI. *Thefaur. Antiquit. Roman.* Graevii.

Mef-

VI.

Meſſanae.

Ex Octavii Cajetani Iſagoge ad Hiſtor. Sacr. Sicul. *cap.* III. *pag.* 24.

MESSIAE PRISCI . FIL . CRISPINAE
FLAMINICAE . DIVAE . AVG
EX TESTAMENTO . MESSI . MODIANI . PATRIS
MODIANVS . FRATER

FLAMINICAE. DIVAE. AVG. Notum eſt Auguſtos, eorumque Uxores, Romanos ut plurimum, inter Deos ſolemni ritu cooptaſſe, Flamines, Flaminicaſque earum cultui addixiſſe. *Flaminica Divae Fauſtinae* memoratur in Lapide apud Gudium pag. CIII. n. 2.

CANTARIAE
P. FIL
PAVLLAE
FLAM. DIVAE
FAVSTINAE
L. D. D. D.

Cuinam vero Auguſtae Meſſanenſe noſtrum hoc Marmor ſit referendum, non tam facile definiri poteſt; earum enim plures Apotheoſi Romani donaverunt.

VII.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 130.

F . HIC : : : P F
: : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : :
CLEMENTINAE : : : : :
SORORI : : : : : : : : :
FLAMINI : : : : : : : : :
SENATORIS IN : : : : :
VIXIT . A . III .

VIII.

Cephaloedii.

In Cathedrali Eccleſia ubi Fons ſacri Baptiſmatis. Exſcripſi die 21. *Aprilis* 1766.

OPPIVS VALEN : :
AVG . III . ET : : :
NDINE . OPTATA
P I : NIO ATIMETO
ET . VI : : : :

AVG. III. Petrus Burmannus Senior in *Praefatione* Vol. XI. *Theſaur. Antiquit. & Hiſtor. Siciliae* pag. 14. exſcripſit AVG. LIB. Muratorius vero in *Novi Theſauri Veter. Inſcription.* Claſ. III. pag. 202. AVG. II. *Auguſtalis ſecundo*. Lapidem ego vidi Anno 1766. Cephaloedii quum eſſem, & nitidiſſime in eo legi AVG. III. *Auguſtalis tertio*.

ET NDINE. OPTATA. Vincentius Auria in *Hiſt. Cephaloed.* cap.VI. exſcripſit ET. IN. DIE. OPTATA; quum autem ex hoc nullus eliciatur ſenſus, hinc praelaudatus Burmannus correxit ET IVLIA OPTATA. ego vero in Marmore inveni ET NDINE OPTATA.

ATIMETO. Nomen viri, quod etiam legitur in Lapide, quem edidit R. Ainſvorthius inter *Monumenta Kempiana* pag. 43. n. 33. Londin. 1720.

D . M .
ATIMETO PATRI &c.

Ma-

IX.

Mazarae.

Ex Muratorii Novo Thefauro veter. Infcript. *Vol.* I. *Claf.*III. *pag.* 176. *n.*3.

: :

: :

VIRO . CLARISSIMO . SACRORVM
CVRATORI . CONSVLARI
MARI PRO

X.

Prope Thufam.

*In Ecclefia Sanctae Mariae de Palatis, Lapis erutus ex Alaefae ruinis apud Gualterium n.*302.

: : : : : : : : : : : : : : :

: : : : : : : : : : : : : : :

: : : NON ΤΩΝ ΙΕΡΩ : : :
ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ ΛΑΠΙΡΩΝΑ
ΕΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ

: : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : *Sacerdotem* : :
Diogenis F. Lapironem
Beneficii cauffa.

ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ ΛΑΠΙΡΩΝΑ. Legitur apud Ciceronem *Orat. in Verr.* Act. II. lib. 2. cap. 7. Dioni cuidam Alaefino haereditatem obveniffe ei relictam a propinquo homine Apollodoro Laphirone. Hunc Dionem, eumdem effe ac Diogenem in Lapide memoratum fubdubitavit Gualterius, fibi perfuadens, facile in veteribus Codicibus M. S. Ciceronis binas litteras GE exfcriptorum incuria periiffe, atque *Diogenis* nomen in illud *Dionis* fuiffe immutatum. Alium Alaefae Lapidem inferius exfcribam Claffe V., in quo legitur ΔΙΟΓΕΝΗΝ ΔΙΟΓΕΝΕΩΣ ΛΑΠΙΡΩΝΑ. *Diogenem Diogenis F. Lapironem.*

XI.

Leocatae.

Ex Petri Burmanni Secundi Sylloge veter. Infcript. Sicular. *edita ad calcem* Siculorum *Jacobi Philippi Dorvillii par.* II. *pag.* 587.

ΕΠΙ ΙΕΡΑΠΟ : : : : :
ΤΟΥ ΦΙΛΟΔΑ : : : :
ΚΑΤΕΝΙΑΥ : : : : : :
ΦΙΛΟΚΡΑΤ : : : : : :
ΑΡΙΣΤΩ : : : : : : : :
ΒΟΥΛΑΣ : : : : : : :

Sub Sacerdote : : :
Philoda : : *Filio* : : :
Annuo : : : : : : :
Philocrat : : : : : :
Aristo : : : : : : :
Senatus : : : : : : :

Hoc Marmor, quod Leocatae vidit Jacobus Philippus Dorvillius, Gelae veteri Siciliae Civitati illic proximae eft adjudicandum; in Geloorum enim Pfephifmate, de quo fufius agendum erit inferius Claf. VIII., ΤΟΥ ΙΕΡΑΠΟΛΟΥ ideft *Sacerdotis maximi*, ΚΑΤΕΝΙΑΥΣΟΥ *Annui Magiftratus*, ac etiam ΤΟΥ ΒΟΥΛΑΣ *Senatus*, ut in praefenti, mentio habetur.

XII.

Thermis.

In Aedibus Baronis Aegidii Puccii, exfcripfit Anno 1766. *Francifcus Tardia Panormitanus Mazarenfis Ecclefiae Canonicus V. C.*

C . VIRIO . CECIA
MAXIM HARVSPIC
CLODIA EM . I . DONATA F M

CLASSIS IV.

Romanorum Caesares, & Augusti.

I.

Prope Thusam.

In Ecclesia Sanctae Mariae de Palatis, Lapis erutus ex Alaesae ruinis apud Gualterium n. 299.


IMP . CESAREI
DIVI . F :
AVGVSTO . PO : : :
MVNICIPIVM

CESAREI . *Pro Caesari* veteri Latinorum modo. MVNICIPIVM . Fuisse Alaesam, ad quam Marmor pertinet, Romanorum olim Municipium pluribus argumentis demonstravi in *Histor. Alaesae* edita Anno 1753. cap. V.

II.

In Oppido Sancti Marci.


Ex Gualterio n. 315.



III.

In Insula Gauli.

Ex Antonii M. Lupii Epistolis Philologicis editis Aretii Anno 1753. *Epist.* x. *pag.* 60.
Correctiorem habui apographum a V. C. Comite de Bork Polono.



CE-

CERERI IVLIAE AVGVSTAE. Livia Drusilla Conjux fuit Tiberii Neronis, post cujus mortem Octavianum Caesarem Maritum habuit, fuitque in Gentem Juliam adoptata, ex quo inde Julia passim in vetustis dicitur Monumentis. Eam, dum adhuc viveret, uti Deam Romani coluere, & adulationis specioso genere, modo Cererem Augustam, modo Junonem, Venerem, & Dianam appellarunt. Adeat quicumque de hoc plura ediscere cupiat Ant. Francisci Gorii *Praefat. ad Columbar. Servor. & Libertor. Liviae*, nec non & Praestantissimi Dominici Schiavo Panormitanae Ecclesiae Canonici Dissertationem *De Colonia Augusta Panormitana* editam in meo Volumine *Veter. Panorm. Inscription.* pag. 189. Gualterius n. 349. quam etiam Jo. Franc. Habela in *Melitae illustr.* pag. 415. aliter hunc Lapidem exscripsere, Borkio fidem adhibui, ejusque apographo me accommodavi.

IV.

In Oppido Sancti Marci.

Ex Gualterio n. 308.

LIVIAE . AVGVSTI

DEAE


MVNICIPIVM

MVNICIPIVM. Certe hoc Marmor, quemadmodum & aliud Caesaris Augusti ante exscriptum n. II. ad veterem Aluntinorum Civitatem pertinent, quam Romanorum fuisse Municipium alio constat ex Marmore, in quo legitur ΤΟ ΜΟΥΝΙΚΙΠΙΟΝ ΤΩΝ ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. V. Clas. V.

V.

Thermis.

Ex Gualterio n. 252.



Tiberio, & Juliae, sive Liviae ejus Matri Aram hanc positam fuisse Gualterius censuit: sunt qui Caracallae, & Juliae Severi ejus Matri eam referunt. Gualterio potius adhaereo.

VI.

Syracusis.

In Tubo plumbeo veteris Aquaeductus.
Ex Gualterio n. 110.


TI . CL . CAE . AVG . GER .

TI. CL. CAES. AVG. GER. Lego *Tiberio Claudio Caesare Augusto Germanico*. Quum raro Tiberio Caesari, Claudii cognomen, & Germanici appellatio publicis in monimentis data videantur, Claudio ejus in Imperio post Caligulam successori adscribendum duco hoc Epigramma. De Aquaeductibus eo Auctore perfectis plura Gualterius ad hunc locum congessit.

VII.

Panormi.

In Praetorio:



DI-

DIVO CLAVDIO. Gualterio primum, deinde Cajetano Noto in Opusculo Italice edito Anno 1721 cui titulus: *Delle Iscrizioni Antiche della Città di Palermo &c.* pag. 15. & ex eis tandem Clarifs. Muratorio Marmor Aurelio Claudio Gothico, Gallieni in Imperio successori, dicatum fuisse visum est. Hanc ego sententiam rejiciendam duxi, & Tiberio Claudio Inscriptionem restitui iis argumentis fusius expositis in Collectione *Veter. Panorm. Inscript.* n. x. pag. 110.

RESP. PANHORMIT. *Respublica Panormitanorum.* Panormum hodie *Palermo* vetustissimam fuisse inter veteres Siciliae Civitates ex eo potissimum arguitur, quod nemo adhuc ejus fundationis Auctorem cognoverit. Quam decimoquinto labente Saeculo de ejus Primordiis & Auctore Dissertationem scripsit Petrus Ranzanus Panormit. Ord. Praedicatorum, ad Episcopalem Ecclesiae Lucerinae dignitatem inde promotus, non omnes adeo probavere, ut praeter omnem dubitationis aleam ejus sententiae posteri accommodare se possint. Utcumque tamen sit, liquido ex Thucydidis *Histor.* lib. VI. constat, Phoenices habitavisse primum circa omnem quidem Siciliam, maritimam praecipue orientalem oram occupantes, negotiandi caussa, cum Siculis, e quibus locis, Graecis advenientibus, cum essent expulsi, Panormum, Motyam, & Soluntum incoluisse. Graecorum primi in Siciliam Chalcidenses Duce Theocle trajecere, qui Naxum occupaverunt. Anno postmodum insequenti Archias Evagiti F. Corinthius, novis deductis Colonis, priscis habitatoribus expulsis, Syracusas condidit, idque fuisse Anno tertio quintae Olympiadis, & ante CHRISTUM natum 776. ex Marmoreo Oxoniensi Chronico discimus. Ea tempestate Panormum jam exstitisse ex eo arguitur, quod Phoenices a Graecis expulsi eo se tanquam in securum locum receperunt. Quemadmodum postea de Siciliae illa parte, quae ad Occidentem vergit, ita fuit de Panormo: Carthaginenses enim ea omnia loca tenuere. Quo tamen tempore, quave de caussa iis cesserit Panormus incompertum est, idque solum notatu dignum remanet, fuisse eam in Sicula Poenorum ditione Urbem caeterarum Caput, uti Polybius *Histor.* lib. I. cap. 38. memoriae mandavit. Romani deinde, quo tempore primum inter eos & Carthaginenses bellum ardebat, Urbem hanc valida obsidione antea tentatam, tandem anno V. C. 499. Cn. Cornelii Scipionis, & A. Attilii Calatini Consulum ductu expugnavere. Sub Romanis inter immunes & liberas Siciliae Civitates in primis enumerata fuit Panormitana, uti auctor est Tullius *Orat. in Verrem* Act. II. lib. 3. cap. 6. Ineunte postmodum Romano Imperio Coloniam habuit Augustam, luculentissimo veterum Lapidum testimonio, in quibus legitur COL. AVG. PANHORMIT. Sub Graecis Imperatoribus inter potiores Siciliae Urbes locum tenuit. Eam inde Gensericus Vandalorum Rex Regni constituit Metropolim. Saraceni, quo tempore Siciliam occupavere, Civitatesque ejus omnes everterunt, solam Panormum servavere, quam Amirorum esse sedem voluerunt. Sub Regibus tandem Nortmannis, Svevis, Aragoniensibus, & Castellanis, quemadmodum est hodie, totius Regni fuit Caput, Sedes Regia, & in qua prisco quodam, & immutabili jure Siciliae Reges Corona decorantur.

VIII.

Panormi.

Congius Aeneus in Museo Regiae Universitatis.

IMP . CAESARI
VESPAS
T . CAES . AVG . F
MENSVRAE
EXACTAE
CAPITOLIO
P . X .

Aeneum hoc Vas antiquum non esse, sed ad formam illius, quod Romae asservabatur in Museo Kirkeriano, elaboratum, jam pridem dixi in *Collect. Veter. Panorm. Inscript.* pag. 116.

IX.

Panormi.


Tubus plumbeus veteris Aquaeductus in eodem Museo.

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANI AVG
SVB CVRA RESTITVTI. AVG. LIB PROC

X.

Messanae.

Ex Gualterio n. 2.



Aelio Hadriano
Antonino
Augusto Pio
Patri Patriae.

Hanc Epigraphem retulit etiam Richardus Pocockius in Sylloge *Inſcript. Antiquar. Graec. & Latin.* edita Londini Anno 1752. cap. VII. ſect. 1. pag. 67. hoc modo :

ΑΔΡΙΑΝΩ

ΑΝΤΩΝΕ

ΣΕΒΑΣΤΩ

Π Π.

Ex adverſa parte hujus Inſcriptionis, quae inſculpta eſt in quadam Columella bicubitali, legitur Votum Aeſculapio, & Hygiae ſuperius exſcriptum in Claſſe I. n. 12.

XI.

Thermis.

Effoſſa Anno 1765.



XII.

Panormi.

In Eccleſia Sancti Petri de Balneariis.

IMP . M . AVRELIO . ANTONINO AVG .

XIII.

Panormi.

In Praetorio.



TRIB

TRIB. POT. XVII. COS. III. Notae hae Chronologicae indicant Annum Aerae Christianae 163. aut 164. quo Panormitani Marco Aurelio Lapidem posuere. Retulit & hunc Lapidem Thomas Reinesius in *Syntag. Inscript. Antiquar.* Clas. III. n. 24. sed maxime deformatum.

XIV.

Thermis.

Ex Gualterio n. 241.




DIVO COMMODO AVG. Commodum Apotheosi donavit Septimius Severus, eique fratrem se adoptavit.

XV.

Panormi.

In Praetorio.



IMP.


IMP. CAES. L. SEPTIMIO SEVERO Severus, antequam Imperator esset, sub Commodo Siciliam Proconsul rexit, quod & testatum nobis reliquit Spartianus in illius Vita. Eo tempore Panormitanos singulari quadam beneficentia sibi devinxisse credendum est; plures enim Lapides habemus tam Ipsi, quam Uxori Juliae, filiisque Bassiano, & Getae ab eis positos.

TRIB. POT. VI. IMP. XI. COS. II. Aerae nempe Christianae Anno 199.

XVI.

Panormi.

In Praetorio.




Fuit hoc etiam Marmor, cujus pars superior periit, Severo a Panormitanis dedicatum.

XVII.

Panormi.

In Praetorio.



TR


TR. POT. III. IMP. V. COS. II. Anno V. C. 948. Aerae Christianae 195.

XVIII. & XIX.

In Insula Gauli.


Basis duobus lateribus inscripta ex Epistolis Philologicis Antonii M. Lupii editis Aretii Anno 1753. *Epist.* x. *pag.* 58.

Ex uno.



MVNICIPIVM. GAVL. *Municipium Gaulitanum.* Gaulus, hodie *Gozzo*, Insula est Melitae proxima, incolarum Graecum nomen fuit in nummis ΓΑΥΛΙΤΩΝ. Ea in Insula Civitas est, quam olim Romanorum fuisse Municipium hoc ex Marmore discimus.

Ex alio.




Hanc epigraphem ita supplendam censuit Lupius loco citato.

Juliae Domnae
Matri Castrorum
Imp. M. Aurelii Antoni-
ni Pii Matri L. Septi-
mi Severi Pii Perti-
nacis Aug. Arabici
Adiabenici Parthi-
ci maximi Imp. Conjugi
Ordo Decurionum &c.

XX.

Panormi.

In Praetorio.




M. AVRELIO ANTONINO CAES. Marmoris epocha ad Annum 196. aut 197. Aer. Chriſt. refertur, tunc enim Caracalla ſolo Caeſaris gaudebat titulo; inſequenti poſtmodum Anno 198. dictus fuit *Imperator Auguſtus,*, & Tribuniciam accepit poteſtatem.

XXI.

Panormi.

In Praetorio.




TRIB. POT. P : : : COS. Notae Chronologicae omnes ſimul in Marmore periere; cum tamen nulla Conſulatuum diſtinctio in quarta linea conſpiciatur; arguendum, ſculptam fuiſſe Inſcriptionem poſt primum Caracallae Conſulatum, & antequam ſecund[illegible] dignitatem: quod ad Annum 202. aut 203. aut 204. Aer. Chriſt. eſt referendum.

Pa-

XXII.

Panormi.

In Praetorio.



Primam hujus Marmoris lineam, fextae initium, & feptimae finem fcalpro erafa fuiffe manifefte dignofcitur: idque poft mortem Getae, cui a Panormitanis fuit pofitum, factum effe non dubito; tunc enim temporis, ut mos Caracallae ejus fratri gereretur, undique ipfius Statuae diffractae fuere, nomenque e publicis fuit erafum Monumentis; de quo fufius fcripfi in Volumine *Veter. Panormit. Infcript.* edito Anno 1762. num. XXII. pag. 143. Infcriptionem ideo hoc modo fupplendam duco:

Septimio Getae Caefari
Imp. Caes. L. Septimii Severi
Pii Pertinacis Aug. Arab. Adi
abeni. Parth. Max. Pontif. Max.
Trib. Pot. VII. Imp. XI. Cof. II. P. P.
Filio, & Imp. Caef. M. Aurelii An-
tonini Aug. Trib. Pot. Fratri
Domino indulgentiffimo &c.

TRIB. POT. VII. IMP. XI. COS. II. Notae hae chronologicae Imperii Severi, Annum defignant Aer. Chrift. 199. aut 200.

Leo-

XXIII.

Leocatae.

Ex Gualterio n. 231.


CAESARIBVS
SACRVM
L . CAELIVS . M . F
QVADRATVS
D . S . P

CAESARIBVS SACRVM. Quibusnam Caesaribus Marmor dicatum fuerit est in ambiguo; pluries enim duos, aut tres Caesares uno, eodemque tempore habuit Roma. Si oculis Lapidem inspicere datum esset, fortasse characterum forma certas quasdam praeberet notas, quarum ope ipsius aetatem securius definire possemus. Ob Typographi commoditatem hic eum duxi locandum.

XXIV.

Panormi.

In Praetorio.




IMP. CAES. M. AVR : : In *Sylloge Panormit. Inscript.* pag. 150. Elagabalo, qui & *Marcus Aurelius Antoninus* fuit in Imperio dictus, mutilum hunc Lapidem adscripsi, ea potissimum ductus ratione, quod rudi insculptae manu characterum figurae ejus aetatem indicare videntur.

XXV.

Panormi.

In Praetorio.



Gualterius ad Alexandrum Severum hanc retulit Inscriptionem, Muratorius vero in *Novi Thes.* Vol. 1. Clas. IV. pag. 250. ad Elagabalum. Neutri ego adhaereo, nam chronologicae notae TRI. PO. II. COS. II. a Gualterio exscriptae, Alexandro non conveniunt, cui, cum tertio Consul esset,

An-


Annus feptimus, non vero fecundus Tribunitiae poteftatis decurrebat; neque Severi pariter cognomen Elagabalo convenit (quod & Muratorius non advertit); ejus namque nomina poft adeptum Imperium fuere *Marcus Aurelius Antoninus Elagabalus*. Fugientes in Marmore literae, & temporis curfu deletae Tribunitiae Poteftatis Annos non fignant; rem hinc in incerto relinquendam ftatuo.

COL. AVG. PANHORM. De Colonia in Panormi Urbem a Caefare Augufto deducta extftat Clarifs. Dominici Schiavo Panorm. Ecclefiae Canonici Differtatio impreffa in meo Vol. *Veter. Panormit. Infcript.* pag. 189. cui tantummodo erit addendum, plures Colonias Auguftum in Siciliam deduxiffe, prout conftat ex Monumento Ancyrano edito ab Edmundo Chishullio in *Antiqu. Afiat.* pag. 165. in quo legitur COLONIAS. IN. AFRICA. SICILIA. MACEDONIA. &c. PRAETER. PRAESIDIA. MILITVM. DEDVXI.

XXVI.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 122.



FVRIAE SABINAE TRANQVILLINAE. Fuit haec Mifithaei filia, Gordiani III. Aug. Conjux.

XXVII.

Catanae.

In Mufeo Monafterii Sancti Nicolai de Arena.



CORNELIAE SALONINAE AVG. Regis Marcomannorum haec fuit filia, Gallieni Augufti Uxor.

COL. IVL. CASTRONOVO. *Caftrumnovum*, vetus Hetruriae Civitas inter Pyrgos & Centumcellas, quae Coloniae titulo decorata fuit: hodie dicitur *Caftrum S. Marinella*, ex Mich. Baudrandii *Lexic. Geograph.* Vol. 1. pag. 173. Hanc ad verbum Infcriptionem e Romano Cardinalis Albani Mufeo exfcriptam exhibet Muratorius in *Novi Thefauri &c.* Claf. XVI. pag. 1105. n. 2. quae poftea translata fuit in Mufeum Capitolinum, pro ut habetur in ejufdem Mufei Infcriptionibus editis a V. C. Francifco Eugenio Guafco Tom. 1. cap. 2. pag. 187. hinc de fide iftius, quae Catanae exftat, valde dubitandum.

XXVIII.

Panormi.

In Praetorio.

IMP . CAES . C . VALERIO
: : : OCLETIANO . PIO . FEL .
: : V . AVG . PONTIF . MAX
: : IB . POT . COS . II . P . P . PROC : S
: : : : PANHORM . D . N M Q
D . EIVS D

TRIB. POT. COS. II. P. P. Gualterius, & ex eo Muratorius exscripserunt COS. III. in Lapide vero nitide legitur COS. II., & quidem recte; cum enim Diocletianus secundo Consulatum iniisset, primus ei Tribunitiae Potestatis decurrebat Annus; tertio vero fuit Consul, quando Tribunitiam quarto accepit Potestatem.
D. N. MQ. EIVS. *Devota Numini Majestatique ejus*. Formula in saxis obvia.

XXIX. & XXX.

In Insula Gauli.

Basis cum duabus Inscriptionibus, quas supplere oportuit tam ex Gualterio n. 352., quam ex Epistolis Philologicis Antonii M. Lupii, Epist. x. pag. 57.

Ex uno latere.

D.N. AVR.VALERIO
CONSTANTIO AVG
R . P . GAVL . CVR
F POLLIONE : : : RVFO
M. F : : : : : : III VIR R
: : : : : : : : : : :

Ex alio.

D N M . GALERIO
VALERIO MAXIMIANO
AVG
P GAVL . CVR . LV : : :
D : : OMIONI . ET RVI
A : : : ANN : : : IIVIRR

D. N. AVR. VALERIO. CONSTANTIO. Aliquid erroris hanc in lineam irrepsisse subdubito, nam Constantius Chlorus Constantini Magni Pater *Flavius Valerius Constantius*, non vero *Aurelius Valerius* denominabatur, ut passim constat ex quampluribus Nummis, aliisque veteribus Inscriptionibus.


D. N. M. GALERIO MAXIMIANO. Et hic *Marci* praenomen cum Galerio Valerio Maximiano Constantii in Imperio Consorti minime convenit; ejus enim nomina sunt in Nummis *Cajus Galerius Valerius Maximianus*.

Pa-

XXXI.

Panormi.

In Praetorio.




GALERIO. VAL. MAXIMINO. NOBILISS. CAESARI. Maximinus Deza fuit a Galerio Valerio Maximiano, una cum Severo, adoptatus, & Caeſar dictus. Marmor eum Caeſarem tantum appellat; hinc colligitur Anno Aerae Chriſtianae 305. aut 306. fuiſſe inſculptum, ſequens enim Annus 307. Maximinum Auguſti titulo habuit decoratum.

XXXII.

Panormi.

In Praetorio.



D. N. L : : : NIANO LICINIO. Gualterius ad Valerianum Auguſtum Marmor pertinere credidit, & hac in linea exſcripſit D. N. L. VALERIANO LICINIO, at vero Auguſtus ille appellabatur *Publius* non *Lucius*, & *Licinius Valerianus* non *Valerianus Licinius*. In authographo tamen nitiſſime lego D. N. L. : : : NIANO LICINIO, hinc *Liciniano Licinio*, quem Anno Aer. Chriſt. 307. Maximianus Auguſtus Conſortem in Imperio voluit, Inſcriptionem reſtituendam cenſeo.


DO-

DOMITIVS . LATRONIANVS . V . C . CORR . P. S. Inſcriptionis hujus ope emendatur locus Epiſtolae Magni Conſtantini Aug. ad Chreſtum Syracuſanorum Epiſcopum , quam edidit Euſebius in *Hiſtor. Eccleſiaſt.* lib. x. cap. 5. Dicitur enim in ea Latronianus Κοντίκτορος Σικελίας ; cum vero verbum hoc Κοντίκτορος nullum ſenſum habeat , & in hoc ſinchrono Marmore Latronianus titulo *Correctoris Siciliae* videatur diſtinctus , hinc loco Κοντίκτορος ſubſtituendum eſſe Κόρρικτορος Σικελίας & Gualterius in animadverſionibus ad hunc Lapidem, & Henricus Valeſius in *Notis* ad Euſebii *Hiſtoriam* optime cenſuere .

XXXIII.

Mazarae .

Ex Gualterio n. 123.



CORR. PROV. SICIL. *Corrector Provinciae Siciliae* . Florente Romana Republica regundae Siciliae Praetores mittebantur , ineunte poſtmodum Imperio Proconſules , ſequioribus inde Annis Correctores , iiſque ſumma erat & pace , & bello Imperii poteſtas . De Siciliae Correctore primum habetur notitia in Actis Proconſularibus S. Eupli Catanenſis Martyris ſub Diocletiano Aug. editis a Joanne Cotelerio in *Monum. Eccleſ. Graecae* Vol. I. pag. 192: a Theodorico Ruinarto in *Act. Martyr. ſincer.* ad Ann. 304. & a Joanne Pinio in *Actis Sanctor. menſ. Auguſti* Vol. II. ſub die XII.

XXXIV.

Catanae.

In Muſeo Monaſterii Sancti Nicolai de Arena .

DONAE NOSTRAE FLAVIH
ELENE PISIMAE AVG GEAN (*ſic*)
ATRICI DN CONSTANTINI MA
XIMI VICTORI CLEMENTISI
MI : : : : : : : : : S . F . N . R

Imperitus Lapicida maximos in hanc Inſcriptionem errores induxit , & prava orthographia plura ſcripſit .

Ne-

XXXV.

Neti.

In Museo Antonii Astuto Baronis Fargionis Marmor Roma advectum :

LEGVM DOMINO ROMA
NARVM IVSTITIAE AE
QVITATISQVE CVLTORI
DOMITORI GENTIVM
BARBARARVM CONSERVA
TORI LIBERTATIS . D . N . FL .
VALENTINIANO . FORTISSIMO
INVICTISSIMOQVE PRINCIPI ❦
SEMPER AVGVSTO
FL MAXIMVS V . C PRAEF VIG
D . N . M . Q . EIVS ❦


Quamvis novae primo fortasse adspectu videri poterunt, quae in hoc Marmore leguntur formulae illae *Domino Legum Romanarum*, & *Justitiae aequitatisque cultori*, redolent tamen aetatem illam; nam circa Aureliani tempora mos invaluit publicis in Monumentis, miro adulationis genere, Caesaribus, & Augustis tumentes hos honoris titulos dari, eumque usque ad Romani Imperii declinationem servatum esse dignoscitur ex quamplurimis Lapidibus, qui cuique patent in veterum Inscriptionum Collectionibus editis a Grutero, Gudio, Muratorio, Donato, & aliis. De eodem Valentiniano, cui Lapis hic noster positus fuit, dicitur in Romano Marmore, apud Gruterum (*ex recens. Graevii*) Vol. 1. pag. 285. EXTINCTORI TYRANNORVM AC PVBLICAE SECVRITATIS AVCTORI D. N. VALENTINIANO PERPETVO AC FELICI SEMPER AVGVSTO. Et in alio ibidem VICTORIIS TRIVMPHISQVE MAGNIFICO INCLYTO PRINCIPI &c.

FL. MAXIMVS V. C. PRAEF. VIG. *Flavius Maximus Vir Clarissimus Praefectus Vigilum.*

XXXVI.

Marsalae.


Ex Gualterio n. 134.



XXXVII.

Ibidem.

Ex Gualterio n. 140.



IMP. CAESARI D. N. VALENTINIANO. Tres in Imperio fuerunt Valentiniani, horum primus, de quo actum est superius, Joviano successit Anno post CHRISTUM natum 364. Huic filius fuit Valentinianus alter, quem Gratianus ejus frater Consortem Imperii voluit Anno 375. Placidius Valentinianus demum fuit a Theodosio Juniore An. 424. primum Caesar, inde dictus Augustus. Ad quem ergo ex his Lilybaetana bina haec pertineant Marmora, haud secure definiri potest. Cum tamen in Nummis primus semper D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. appelletur, secundus *Junioris* titulo a primo secernatur hoc modo D. N. VALENTINIANVS. IVN, & tertius passim D. N. PLAC. VALENTINIANVS dicatur, prout apud Bandurium, Mediobarbam, aliosque Nummorum Collectores, cuique pervium est videre; Valentiniano I. referendas esse conjicio has Inscriptiones, ea potissimum de causa, quod tantum in eis videatur inscriptum sine ulla distinctione IMP. CAES. D. N. VALENTINIANO. PIO. FEL. AVG.

V. C. CONS. P. S. *Vir Clarissimus Consularis Provinciae Siciliae*. Valentiniani aevo, qui Siciliae praeerat, Consularis dicebatur, veterumque Praetorum, Proconsulum, & Correctorum fungebatur vicibus; de hoc adeat qui plura cupit Octavii Cajetani *Isagogen ad Hist. Sacr. Siculam* cap. 43.

XXXVIII.

Drepani.

In Ecclesia Asceterii Fratrum Ord. S. Augustini Discalc. ex M. S. Vincentii Auria cui titulus: Epitafj, ed Iscrizioni raccolti in Italia, e Sicilia, *servato in Publica Bibliotheca Panormi pag.* 609.


I . CAESAR . FL . VALENTI . PIO . FELICI
SEMPER . AVGVSTO . M . VALERIVS
QVINCTIANVS . V . C . CON . P . S . CLEMENTIAE
PIETATIQVE . EIVS . SEMPER . DICATISSIMVS .

Idem Valerius Quinctianus Consularis Provinciae Siciliae, qui binos ante exscriptos Lapides Valentiniano Augusto dicavit, hunc quoque Flavio Valenti ipsius Valentiniani fratri, & in Imperio Consorti titulum posuit.

XXXIX.

Panormi.

Ex Gualterio in Panormitana editione n. 65.



EXTINCTORI. TYRANNICAE : : : DITATIS. Suppleo *Extinctori Tyrannicae foeditatis*, aut *crudelitatis* quae est formula alias in saxis obvia.

CLAS-


CLASSIS V.

Magiſtratuum Majorum, Minorumque, ac Privatorum Honores.

I.

Panormi.

In Praetorio.



HISPELLATES. PVBLIC. Hiſpellum Urbs fuit veteris Umbriae, de qua in Lapidibus COL. IVL. HISPELLVM; hodie dicitur *Spello* Oppidum amplum in colle prope Fulginium, in Pontificia Ditione.

II.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 127.

L . ACILIO . L . F
RVFO

III.

Meſſanae.

Ex Gualterio in Appendice n. 10.

D . M
M . AEMILIVS
FELICIANVS
SCRIBA . PVB
FIDELISSIMVS
V . A . XLIII
NONIA ZOSIMA
MARITO . B . M .

IV.

In Oppido S. Philadelphi.

Ex Gualterio n. 307.

ΟΔΑΜΟΣ
ΑΝΔΡΩΝΑ ΟΡΑΣΙΟΥ Μ Β
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ

Populus
Andronem Orasii F.
Benevolentiae caussa
Diis omnibus (supple) *commendat .*

ΑΝΔΡΩΝΑ. Idem Andronis legitur nomen in Atheniensi Marmore, quod primus edidit V. C. Jo: Baptista Gaspar d'Ansse de Villoison in eximio Opere Venetiis edito Anno 1781. cui titulus *Anecdota Graeca* Vol. II. pag. 169.

V.

Syracusis.

Misit V. C. Comes Caesar Cajetanus :

Θ Κ
ΑΝΚΛΙΩ ΓΕΡΟΝΤΙ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΝΤΟΙ
ΛΑΟΣ ΚΑΤΙΦΗΣ

Diis Manibus
Anclio Senatori
Benefico
Populus dolens .

VI.

Syracusis.

Ad Statuam Archilochi , ex Theocrito .

ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ ΚΑΙ ΣΤΑΘΙ ΚΑΙ ΕΙΣΙΔΕ ΤΟΝ ΠΑΛΑΙ ΠΟΙΗΤΑΝ
ΤΟΝ ΤΩΝ ΙΑΜΒΩΝ ΟΥ ΤΟ ΜΥΡΙΟΝ ΚΛΕΟΣ
ΔΙΗΛΘΕ ΚΗΠΙ ΝΥΚΤΑ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΑΩ
ΗΡΑ ΜΙΝ ΑΙ ΜΟΥΣΑΙ ΚΑΙ Ο ΔΑΛΙΟΣ ΗΓΑΠΕΥΝ ΑΠΟΛΛΩΝ
ΩΣ ΕΜΜΕΛΗΣ Τ' ΕΓΕΝΤΟ ΚΑΠΙΔΕΞΙΟΣ
ΕΠΕΑ ΤΕ ΠΟΙΕΙΝ ΠΡΟΣ ΛΥΡΑΝ Τ' ΑΕΙΔΕΙΝ

Consiste , & Archilochum aspice , veterem Poetam ,
Iambographum , cujus celeberrima fama
Permanavit & ad Occidentem , & ad Orientem .
Certe ipsum Musae , & Delius Apollo amaverunt :
Adeo exactus erat , ac dexter
Et carmina componendo , & ad lyram cantando .

ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ : : : ΠΑΛΑΙ. ΠΟΙΗΤΑΝ. ΤΟΝ. ΤΩΝ. ΙΑΜΒΩΝ. *Archilochum . . . . . veterem Poetam Iambographum .* Archilochus Parius vixit ex Eusebio circa Olympiadem XXIX. cum Scaliger Tullo Hostilio Romanorum Regi facit coaevum ; Iambos versus invenit , uti memoriae mandavit Plutarchus in tractatu *De Musica : Quod iambicorum alia dicantur ad pulsationem , alia canantur , id ab Archilocho monstratum , a Tragicis deinde usurpatum ferunt .* Poeta fuit maledicus & obscoenus ; Lacedaemonii , quemadmodum scripsit Valerius Maximus lib. VI. cap. 3. Archilochi libros e Civitate exportari jusserunt ; eorum namque parum verecundam , ac pudicam lectionem arbitrabantur . ΜΙΝ ΑΙ ΜΟΥΣΑΙ ΚΑΙ Ο ΔΑΛΙΟΣ ΗΓΑΠΕΥΝ ΑΠΟΛΛΩΝ. *Ipsum Musae , & Delius Apollo amaverunt .* Archilochum Apollo mortuum etiam amavit , qui in bello cum occubuisset , de ejus interfectore ultus est , is enim (cui ex Oenomao apud Eusebium *De Praepar. Evang.* lib. V. cap. 33. Archiae , ex Suida vero *Lexic.* edit. Cantabrig. Anni 1705. Vol. I. pag. 346. Calondae nomen erat) cum Delphos venisset a Deo rem aliquam necessariam petiturus , e Templo excedere Pythiae mandato jussus est ; quippe qui impius & nefarius homo habebatur , Poetam enim Musis amicum interfecerat

Li-

VII.

Liparae.


In Veſtibulo Domus Epiſcopi, ex Jac. Phil. Dorvillii Siculis *pag.* 584.

Γ . ΠΟΥ . ΒΑΣΙΛΙ	*C. Publii Baſili*
ΟΥ ΓΟΡΓΟΥ : : : :	*i Gorgii F : : : :*
ΚΛΩΔΙΑΣ	*Clodiae*
ΙΛΑΡΑΣ : : : : : :	*Hilarae : : : : : :*

VIII.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 136.



COC. C. Quid hae literae in tertia hujus Lapidis linea indicent, ignorare fateor. Muratorius in *Novi Theſauri* Vol. II. Claſ. x. pag. 683. ſubrogavit CORR. *Correctori*, vel COS. *Conſuli*, utramque ego lectionem rejicio, nulla enim cum C. Bultii Proconſulatu convenit.

XII. TRIB. *Duodecim Tribus*. Lylibaetanorum Populus per Tribus dividebatur, uti inferius erit demonſtrandum in notis ad Lapidem XXVII. hujus Claſſis.

IX.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 138.

C . BVLTIO . GEMINIO
MARCELLO CI : : : :
IN . HONOREM
GEMINI . TITIANI
PATRIS . XII . TRIB
PATRONO . MERENTI

M Me-

X.

Melitae .

Extra Civitatem Notabilem , ex Jo. Franc. Habelae Melita illuſtrata *lib.* II. *pag.* 185.

Λ . ΚΑΣΤΡΙΚΤΟΣ ΚΙΡ ΠΡΟΤΔΗΝΣ ΙΠΠΕΤΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ

ΚΑΙ ΠΑΤΡΩΝ ΑΡΧΑΣ ΚΑΙ ΑΜΦΙΠΟΛΕΤΣΑΣ ΘΕΩ ΑΤΓΟΤΣΤΩ ΕΣΤ : Ν : Ι : ΝΕ

Lucius Caſtricius , ex Quirina Tribu , Prudens Eques Romanus , Primus Melitenſium ,
Et Patrum Praefectus , & Famulatui addictus Divi Auguſti : : : : : : : : : : : :

Α. ΚΑΣΤΡΙΚΤΟΣ ΚΙΡ ΠΡΟΤΔΗΝΣ . *Lucius Caſtricius, ex Quirina Tribu, Prudens.* Dederunt ex Quintini *Melitae Deſcriptione* hoc Epigramma Gruterus , & Gualterius , ſed mutilum ; integrum exſcripſit Jo. Franc. Habela duabus tantum lineis inſculptum affirmans , ſed aliqua in eo verba commutavit . Clariſs. vero Joann. Ant. Comes de Ciantar in Diſſert. *De Melitenſi Naufragio B. Pauli &c.* diſſ. xv. pag. 321. plures in lineas eum diſtribuit . Noviſſime cum Autographo collatum , Amici cujuſdam Melitenſis opera , hic exhibeo .

ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. *Primus Melitenſium*. De *Primo* , ſive *Principe* Melitenſium non nova ex hoc tantum Lapide habetur mentio; eum ſiquidem memorant *Acta Apoſtolorum* cap. XXVIII. v. 7. *In locis autem illis erant praedia Principis Inſulae nomine Publii , qui nos ſuſcipiens triduo benigne exhibuit* : imo etiam & alia Melitenſis Inſcriptio ſupra relata in Claſ. II. n. IV. in qua legitur . . . IPI. MEL. PRIMVS , quod interpretatur *Municipii Melitenſis Primus* . De hoc qui plura ſcitu digna cupit , adeat Clariſs. Valchii *Diſſertationem de Publio Melitenſium Proto &c.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΤΣΑΣ ΘΕΩ ΑΤΓΟΤΣΤΩ. *Famulatui addictus Divi Auguſti* . Caeſarem Auguſtum , uti Deum , adhuc viventem nonnulli in Provinciis miro adulationis genere coluere , eique Templa , Flamines , & Sacerdotes ubique fuerunt conſtituta , quod erudite demonſtravit Emus Noriſius in *Cenotaph. Piſan.* Diſſert. I. cap. 4. Poſt mortem vero , cum Apotheoſi eum donaſſet Tiberius , etiam Romae , prout legitur in Cornelii Taciti *Annalibus* , Auguſtales , aliique Sacerdotes ejus cultui fuerunt addicti . Cum ergo in Melitenſi hoc Lapide inter alios Caſtricii honoris titulos ille ΑΜΦΙΠΟΛΟΤ fuiſſet inſcriptus , Sacerdotii Auguſto dicati miniſterium , id denotaſſe , Ignatius Georgius in *Inſpectionibus Anticrit. de S. Pauli Naufragio* Diatrib. I. pag. 183. credere non dubitavit , quam ſequutus eſt ſententiam Petrus Veſſelingius in *Notis ad Biblioth. Hiſtoric. Diodori Siculi* Vol. II. lib. XVI. pag. 137. ambo e Syracuſanorum Hiſtoria mutuantes exemplum ; ſcripſit enim Diodorus loco citato , Timoleontem ea in Urbe , poſt diſſipatam Tyrannidem , ſummum annuum Magiſtratum inſtituiſse , cui Jovis Olympici τȣ̃ Ἀμφιπόλȣ nomen datum eſt.

XI.

Thermis.

E Gualterii Opere n. 245.

P : CESTIO : CATVLLO

ANN . ƆXXVII

ET . P . CESTIO CATVLLO


PATRI

In

XII.

In Insula Gauli.

Misit Jo. Antonius Comes de Ciantar Melitensis Reg. Inscript. & Human. Liter. Parisiensis Academiae Socius.




POMT. intelligendum ex *Pomptina Tribu*. S. P. *Statuam posuit*. In apographo tamen a Clariss. Muratorio edito in *Nov. Thesaur. veter. Inscript.* Vol. II. pag. 689. legitur S. L. *Statuam locavit*.

XIII.

Panormi.

In Praetorio.



XIV.

Prope Thusam.

In Maceriis veteris Alaesae egomet vidi Anno 1748.



Li-

XV.

Liparae.

Ex Gualterio n. 354.




PROCVRAT. TI. CAESAR. AVG. *Procurator Tiberii Caesaris Augusti*. De Caesarum Procuratoribus in Insulis Siciliae objacentibus, aliqua superius dicta sunt in notis ad Lapidem Class. II. n. I.

XVI.

Catanae.

Effossa Anno 1779. *extra moenia veteris Agyrinae, nunc dictae* San Filippo di Agirò, *indeque Catanam translata, & in Museo Paterniono deposita.*



Diodorus Apollonii F.

Obvium est celeberrimum Historicum Diodorum, Siculum e Patrio solo dictum, in Agyrii, sive Agyrinae Siciliae Civitate ortum habuisse, quemadmodum & ipse testatus est lib. II. cap. 5. *Nos enim ex Agyrio Siciliae Oppido oriundi, & propter commercia Romanorum in Insula magnam linguae cognitionem adepti &c.* Cum proinde extra Agyrii moenia effossa fuerit Basis haec lapidea, certa adhuc servans vestigia Statuae olim superimpositae, haud incongruum est credere Viri doctissimi hoc fuisse Monumentum a suis Civibus positum, ex quo nunc primum discimus ejus Patrem Apollonii nomen habuisse.

XVII.

Prope Thusam.

In fronte Ecclesiae S. Mariae de Palatis Lapis erutus ex Alaesae ruinis. Ex Gualterio n. 298.

ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ
Ο ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ
ΔΙΟΓΕΝΗΝ ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ
ΛΑΠΙΡΩΝΑ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ . ΕΝΕΚΕΝ

Diis omnibus
Populus Alaesinorum
Diogenem Diogenis F.
Lapironem
Beneficentiae caussa
(Supple) *Commendat.*

Ο ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ. *Populus Alaesinorum*. Alaesa Archonidis, ad quam Marmor pertinet, adeo fuit inter celebres veteres Siciliae Civitates nemini secunda, ut de illa, quod loquitur, luculentissimum M. Tullius *Orat. in Verrem* Act. II. lib. 3. cap. 73. protulerit testimonium. *Siciliae Civitates multae sunt, Judices, ornatae, atque honestae: ex quibus in primis numeranda est Civitas Alaesina. Nullam enim reperietis, aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem*. De ea Historiam ego scripsi, quam edidi italice Libro cui titulus: *Storia di Alesa antica Città di Sicilia col rapporto de' suoi più insigni Monumenti &c. In Palermo per Pietro Bentivenga* 1753. in cujus Operis Cap. I. contra ea, quae scripserat Thomas Fazellus, & ex eo quamplurimi, Alaesam eo in loco fuisse, hodie dicto *Feudo di S. Maria le Palate* prope Thusam in septentrionali Siciliae ora, constituitur. Archonidem inde Herbitensium Principem Cap. II. eam condidisse ostenditur Anno II. Olymp. XCIV., a quo *Archonidiae* nomen accepit, ut ab aliis ejusdem nominis in Sicilia Civitatibus distingueretur, quod passim ex ejus Nummis in quibus est scriptum ΑΛΑΙΣΑΣ ΑΡΧ. demonstratur. Cap. III. IV. & V. ea, quae ad ejusdem Urbis historiam pertinent,

nent, ab ejus ortu usque ad excidium, expenduntur. Cap. VI. miranda illa, quae de Fonte Alaesini Agri narrantur a Solino, & a Prisciano, sive Rhemnio Fannio in versione *Periegesis* Dionysii Afri fuerunt inserta, inter fabulas amandantur. Cap. VII. de publicis Alaesae Aedificiis, Cap. VIII. de quibusdam Antiquitatis reliquiis ejus e ruderibus erutis, Cap. IX. de ejus Nummis, Cap. X. de inscriptis Lapidibus ad eam pertinentibus agitur. Tandem Cap. XI. Epistola est impressa V. C. Dominici Schiavo S. Panormit. Ecclesiae Canonici, in qua nullum Alaesam post res Christianas Episcopum habuisse, contra Leonis Sapientis, & Andronici Impp. *Constitutiones*, ac contra Nili Doxopatrii *Patriarchalem relationem* solidissimis firmatur argumentis. Cum enim tanta de Alaesa Civitate a me scripta essent, eadem de re ipsa heic denuo agere, supervacaneum esse censeo.

XVIII.

Thermis.

Ex Gualterio n. 257.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗ
ΑΡΧΕΒΟΥΛΑΣ
ΧΑΙΡΕ

Demosthenes
Princeps Senatus
Salve.

XIX.

Syracusis.

Ad Statuam Epicharmi, ex Theocrito.

ΑΤΕ ΦΩΝΑ ΔΩΡΙΟΣ ΧΩΝΗΡ Ο ΤΑΝ ΚΩΜΩΔΙΑΝ
ΕΥΡΩΝ ΕΠΙΧΑΡΜΟΣ
Ω ΒΑΚΧΕ ΧΑΛΚΕΟΝ ΝΙΝ ΑΝΤ ΑΛΑΘΙΝΟΥ
ΤΙΝ ΩΔ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΤΟΝ ΣΥΡΑΚΟΣΣΑΙΣ ΕΝΙΔΡΥΝΤΑΙ ΠΕΛΩΡΙΣΤΑ ΠΟΛΕΙ
ΟΙ ΑΝΔΡΙ ΠΟΛΙΤΑ
ΣΩΡΟΝ ΓΑΡ ΕΙΧΕ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΜΕΜΝΑΜΕΝΟΙΣ
ΤΕΛΕΙΝ ΕΠΙΧΕΙΡΑ
ΠΟΛΛΑ ΓΑΡ ΠΟΤΤΑΝ ΖΩΑΝ ΤΟΙΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΙΧΕ ΧΡΗΣΙΜΑ
ΜΕΓΑΛΑ ΧΑΡΙΣ ΑΥΤΩ

Et vox Dorica, & Vir Comoediam
Inveniens Epicharmus.
O Bacche, aeneum ipsum pro vero
Tibi hic dicarunt:
Quem Syracusis collocarunt in praegrandi Urbe,
Ut Virum Civem (decet).
Acervum enim habuit rerum utilium iis qui memores erant
Rependere mercedem.
Multa enim ad vitam pueris dixit utilia;
Magna gratia (habenda est) illi.

ΕΠΙΧΑΡΜΟΣ. Epicharmum, cui hanc Inscriptionem, quemadmodum & eam, quae proxime sequitur, Syracusani posuere, omnes fere veteres Scriptores Siculum & Syracusanum dixere; pauci vero, inter quos Diogenes Laertius, natum fuisse in Insula Coos commenti sunt. Fuit is Comoediarum inventor; hinc in Epigrammate dicitur *Vir qui Comoediam invenit*. Phalaridi Agrigentinorum Tyranno coaevum fuisse, eruditissime demonstravit Henricus Dodvellus in *Exercitatione de Aetate Phalaridis* edita Londini Anno 1704. cap. XXVI. pag. 78. De ejus Patria, scriptis, & etiam Aetate multa, & quidem summa cum laude, congessit Antoninus Mongitorius in *Biblioth. Siculae* Vol. 1. pag. 180.

XX.

Syracusis.

Ad Statuam Epicharmi, *ex Diogenis Laertii* De Vitis Philosoph. *Libro* VIII. *pag*. 540. *edit. Amstelaedami* 1692.

ΕΙ ΤΙ ΠΑΡΑΛΛΑΣΣΕΙ ΦΑΕΘΩΝ ΜΕΓΑΣ ΑΛΙΟΣ ΑΣΤΡΩΝ
ΚΑΙ ΠΟΝΤΟΣ ΠΟΤΑΜΩΝ ΜΕΙΖΟΝ ΕΧΕΙ ΔΥΝΑΜΙΝ
ΦΗΜΙ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΕΓΩ ΣΟΦΙΑ ΠΡΟΕΧΕΙΝ ΕΠΙΧΑΡΜΟΝ
ΟΝ ΠΑΤΡΙΣ ΕΣΤΕΦΑΝΩΣ ΑΔΕ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ

Quantum Sol vincit sublimis Sydera Coeli,
Quanto vis Pelago major inest Fluviis,
Tantum ego profiteor Sophia praestare Epicharmum,
Cui Syracusa comis Patria serta dedit.

Inscriptione ad ejus Statuam posita clarissime Epicharmum Syracusanum fuisse dicitur.

XXI.

Panormi.


In Ecclesia Monasterii Sanctae Mariae de Marturano.

: II . Q . FAB . CAESILI TITIANI
: AVO Q . AQVILIO NIGRO
: ROCOS : : : : : : SIM . AE : :

XXII.

Terracinae.

Ex V. C. Lud. Ant. Muratorii Novo Thesauro Veter. Inscript. *Vol*. II. *Clas*. XV. *pag*. 1020. *n*. 5.



POPVLVS . AGRIGENT. *Populus Agrigentinus*. Agrigentum maxima post Syracusas fuit inter omnes veteres Siciliae Graecas Urbes; exstat hodie in occidentali Insulae ora ac *Girgenti* dicitur, Sede gaudens Episcopali Panormitano Metropolitae subjecta. Priscae ejus magnificentiae reliquias, Templorum nempe, maximarumque Aedium rudera, nostris hisce diebus collegit Joseph Pancratius Cler. Reg. Etruscus, easque notis illustratas typis tradidit Anno 1751. duobus Voluminibus inscriptis *Antichità Siciliane spiegate &c.* Idem jam antea praestiterat Jacobus Philippus Dorvillius Batavus, qui Siciliam Anno 1727. peragrans potiora ejus vetustatis Monumenta delineavit, eo animo, ut quum ad patrios lares redux esset, omnia posset evulgare. Tanti viri propositum Mors invida disturbavit; feliciter tamen illud ad finem usque deduxit Clariss. Petrus Burmannus Secundus Volumine Anno 1764. Amstelaedami impresso, cui titulus *Jacobi Philippi Dorvillii Sicula &c.* suntque in eo quamplurima veterum Agrigentinorum magnificentiae Monumenta.

Ro-

XXIII.

Romae.

Ex eodem Muratorii Novo Thefauro Veter. Infcript. *Vol.* II. *Claf.* XV. *pag.* 1085. *n.* 5.

ΤΙΝ . ΕΠΙ . ΠΑΣΗ . ΑΡΕΤΗ . ΣΩΦΡΟ
ΣΥΝΗΤΕ . ΚΑΙ . ΣΟΦΙΑ . ΔΙΑΠΡΕΠΟΥ
ΣΑΝ . ΙΟΥΛΙΑΝ . ΒΑΣΣΙΛΛΑΝ . ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ . ΔΗΜΟΣ . ΤΗΣ ΛΑΜΠΑΣΙΑΣ . ΠΟΛΕ
ΩΣ . ΤΑΥΡΟΜΕΝΕΙΤΩΝ : : : : :
ΑΝΕΘΗCΕΝ

Omni Virtute , Pudi-
citia , atque Sapientia prae-
ftantem Juliam Baffillam Senatus
Populufque fplendidae Urbis
Tauromenitanorum : : : : ;
Confecravit .

Hanc primus edidit Infcriptionem Gruterus pag. CXV. n. 5. & ex eo Gualterius n. 452. Muratorius item exfcripfit in *Novo Thefauro* e fchedis Pyrrhi Ligorii fumptam ; hoc ego exemplar fequutus fum ; Ligorio enim, qui Romae eam vidit, potius credendum duxi .

ΔΗΜΟΣ ΤΙΣ ΛΑΜΠΑΣΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ ΤΑΥΡΟΜΕΝΕΙΤΩΝ. *Populus fplendidae Urbis Tauromenitanorum .*

Tauromenium , cujus Senatus Populufque hac Infcriptione Juliam Baffillam honoravit , percelebris fuit inter veteres Siciliae Urbes . De ejus primordio varie ab Hiftoricis memoriae mandatum eft , qua de re ne Lectorem excurrere pigeat quae adnotarunt Fazellus *De Rebus Siculis* dec. 1. lib. 2. cap. 3. Cluverius *Sicil. Antiq.* lib. 1. cap. 7. Sigebertus Havercampus *Sicil. Numifmat.* Vol. 1. pag. 603. Petrus Veffelingius in *Notis ad Diodori Hiftor.* Vol. 1. pag. 688. & Abbas Vitus de Amico in *Lexic. Topograph. Sicul.* Vol. 1. pag. 104. Prifcae ejus magnificentiae quae fuperfunt reliquiae , ampliffimum nempe Theatrum , Naumachia , vel fi mavis Hippodromus , aliaque proftrata Monumenta Literatorum oculis fuerunt exhibita a Jacobo Philippo Dorvillio Belga in *Siculis* Anno 1764. editis Amftelaedami cura , & ftudio Clarifs. Viri Petri Burmanni Secundi ; quam etiam ab Andrea Pigonati in Opere Anno 1767. edito , cui titulus *Stato prefente degli antichi Monumenti Siciliani* Tab. XXX. XXXI. XXXII. & XXXIII.

XXIV.

Catanae.

Ex C. V. Viti Mariae de Amico Catana illuftrata *Vol.* III. *lib.* X.

: : : Q . LVTATI : : : : : : :
: : : Q̄ . D . D . AEDIL : : :
· : : PRO HONO : : : : : : :
: : . ICHINO . C : : : : : : :
I . SVS . I : : : : : : : : : : :

Ther-

XXV.

Thermis.

In fronte Aedis publicae, Exscripsi die 16. Aprilis 1766.

C . MAESIO . AQVILLIO
FABIO . TITIANO . C V COS
OPTIMO CIVI ET PATRONO BENEME
RENT ❧ ORD ET POPVLVS SPLEN
DIDISSIMAE . COL . AVG . HIMEREORVM
THERMIT PECVNIA SVA POSVIT

C. MAESIO. AQVILLIO FABIO. TITIANO. C. V COS. Auguror non inanibus ductus argumentis, hunc Fabium Titianum, qui *Clarissimus Vir, & Consul* in Marmore dicitur, eumdem esse qui Anno V. C. 998. Consulatum gessit cum M. Julio Philippo Augusto.

ORDO ET POPVLVS SPLENDIDISSIMAE COL. AVG. HIMEREORVM. THERMIT. Thermitanorum Himerensium Civitas eadem est, quae hodie *Termini* vocatur XXIV. p. m. a Panormo recedens, via qua itur Messanam, *Thermarum* nomen sortita a calidis aquis in ea erumpentibus. Ejus antiquissima fuerunt primordia, at cum Olympiade XCIII. Carthaginenses, duce Hannibale, Himeram Urbem funditus evertissent, quos ex ea Cives belli calamitas reliquos fecit, ii sese Thermis collocarunt in ejusdem agri finibus, neque longe a diruta eorum Urbe, quemadmodum scripsit Tullius *Orat. in C. Verrem* Act. II. cap. 35. Afrorum & Volonum Civium exinde nova deducta Colonia, Poenos eam auxisse auctor est Diodorus *Bibl. Histor.* lib. XIII. cap. 79., paruitque semper dehinc Carthaginensibus; quousque bello Punico primo L. Aurelius Cotta, & P. Servilius Geminus Rom. Consules Anno V. C. 521., eam subegere. Ineunte postmodum Romano Imperio nova Colonia decoratur, quam Augustam fuisse hoc ex Marmore discitur.

XXVI.

Catanae.

In Museo Monasterii S. Nicolai de Arena.


L . MARIO MAXSIMO PERPETVO AVRELIA
NO COR PRAEF VRBIS PROCONSVLI PROVINCIAE
ASIAE ITERVM PROCONSVLI PROVINCI AFRICAE
MATERNVS EX CIVITAT FOROIVLIEN
TAM PATRONO OTTIMO

Mar-

XXVII.

Marsalae.

Ex Gualterio n. 135.




M. MARIO M. F. CLABILIO. GLAVCO. In secunda linea pro CLABILIO Gualterius exscripsit CLABIETI, quod ex M. S. Epistola Antonii Cordicis ad Carolum de Vigintimilliis heic emendavi. TRIBVLES TRIB. IOVIS. AVG. *Tribules Tribus Jovis Augusti*. Haec verba Clariss. Muratorium in *Novi Thesauri* Vol. II. Cl. X. pag. 719. contorserunt, & quoddam ignotum Sacerdotum Collegium Jovem Augustum colentium indicare dubitavit. Unde tamen tanto Viro orta haec suspicio fuerit, ignorare fateor; nil enim facilius invenio tota in Antiquitate, quam rectam horum verborum intelligentiam: Lilybaetana Civitas, ad quam haec Inscriptio pertinet, postquam exeunte primo bello Punico, Romanis fuit cessa, eis in posterum semper paruit, & Coloniam Augustam sub Imperatoribus accepisse luculentissimo veterum Lapidum testimonio erudimur. Ejus Populus, sicut & Romanus in Tribus dividebatur, easque duodecim fuisse superius notavi, aliud Lilybaetanum referens Marmor hujus Classis n. VIII. Earum Tribuum certe una *Tribus Jovis Augusti* denominabatur, in gratiam Commodi Imperatoris, qui se *Jovem Augustum*, *Apollinem Augustum*, *Herculem Augustum* &c. nominari voluit, uti habetur ex quamplurimis Nummis eo imperante percussis. Vide Tristanum in *Comment. Histor. Imper.* Vol. I. pag. 715. His igitur positis, facillime Inscriptionis sensus elicitur; dicatam nempe Mario Clabilio fuisse a Tribulibus Tribus *Jovis Augusti*, quae una erat XII. Tribuum, in quas Lilybaetana Civitas dividebatur.

XXVIII.

Panormi.


Ex Gualterio n. 223.



XXIX.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 146.



XXX.

Calataniſſettae.

Inventa in Caſtro dicto Pietraroſſa *ex M. S. Caroli Mariae Leto Pontis, & Capitarſi Baronis, cui titulus*: Notizie ſtoriche degli antichi Abitatori di Sicilia &c. *Apographum habui a Viro eruditiſſimo Arcadio Catena Ord. Benedictinor. Congreg. Caſinatis S. T. P.*


L . PETILIVS . M . F .
COLONIAM DVXIT
NISSAE . POPVLVS . ET . ORD
PATRONO MERENTI

COLONIAM DVXIT NISSAE. De Niſa veteri Siciliae Civitate plura ſuperius ſcripſi in notis ad Inſcriptionem XI. Claſſis I. Romanorum vero Coloniam in eam deduxiſſe Lucium Petilium M. F. tantummodo ex hoc Marmore habetur. Reliquis ergo Siciliae Civitatibus Romanis Coloniis decoratis Niſa etiam eſt adjungenda.

XXXI.

Auximi.

Ex Clar. Muratorii Novo Theſauro Veter. Inſcript. *Vol.* II. *pag.* 1081. *n.* 3.




In

XXXII.

In Oppido Sancti Marci.

Ex Gualterio n. 312.



Municipium
Aluntinorum Pinaeum
Pollini F : : : : : : :
: : : : : : : : : : : :
: : : : *Beneficii caussa.*

ΤΟ ΜΟΥΝΙΚΙΠΙΟΝ ΤΩΝ ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. *Municipium Aluntinorum*. Fuit Aluntium vetus Oppidum inter Calactam, & Agathyrnum in Septentrionali Siciliae ora in edito colle, & difficili ascensu situm, quemadmodum memoravit Cicero *Act.* II. *in Verrem* lib. IV. cap. 23. *Quum ad Aluntium venisset Praetor laboriosus, & diligens, ipse in Oppidum accedere noluit, quod erat difficili ascensu, atque arduo &c.* De Aluntii situ maxime inter rerum Sicularum Scriptores certatum est; sunt enim qui illud ubi ad praesens *Broli* Castrum, aut *S. Angeli* Oppidum adsurgunt, stetisse scripserunt. Alii, inter quos Fazellus *De Rebus Siculis* dec. 1. lib. IX. cap. 4. & Cluverius *Sicil. antiq.* lib. III. cap. 4. haud procul ab hodierno S. Philadelpho; reliqui tandem, quorum partes tuentur Gualterius in *Animadvers. ad hunc Lapidem edit.* Messan. pag. 122. & Amicus in *Lexic. Topograph. Sicul.* Vol. III. pag. 71. non longe a *S. Marci* Oppido illud statuere. Sub Judice adhuc ergo lis est; Lapis tamen iste apud *Sanmarcenses* extans, & in quo Aluntinorum tam nitide nomen legitur, Gualterio, & Amico nimis favere videtur. Quidquid vero de eo sit, Aluntii primordia ita recenset Dionysius Halicarnassaeus *Histor.* lib. 1. ubi de Aeneae peregrinatione loquitur. *A Buthroto Jonium mare trajicitur, ductoribus navigationis aliquot, qui se ultro comites addiderant, assumpto etiam Patrono Thurio cum suis. Horum plerique retro, unde venerant, reverterunt, postquam Exercitus in Italiam incolumis pervenit. Patron vero ab Aenea persuasus cum aliis una in Coloniam iret, & quidam ex suis sociis manserunt in Classe, quos nonnulli ajunt sedes posuisse in Aluntio Siciliae Oppido*. Romani Municipii jura a Caesare Augusto Aluntium obtinuisse docemur ex duobus aliis Sanmarcensibus Lapidibus a nobis exscriptis in Classe IV. n. II. & IV.

XXXIII.

In Insula Gauli.

Ex Jo. Franc. Habelae Melita illustrata *pag.* 214.

: : : : : : : QVIRO POSTV : : : : : MVNICIPII
: : : : : : ADRIANI PERPETVI . QVINQ . DECVR . IVDI
: : : : : QVATRINGENARIOS ADLECTO . A DIVO ANTO
NINO . AVG . PIO . OMNIB . HONORIB . CIVITATIS . SVAE . HO
NESTE FVNCTO . ITEM . LEGATIONE GRATVITA APVD
: : : : HADRIANVM ET APVD AMPLISSIMVM ORDINEM
DE : : : ALIB . REDHIBENDIS PLEBS GAVLITANA . EX
AERE CONLATO OB . PLVRA MERITA EIVS ❦ D . D ❦

Mu-

XXXIV.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 132.

L QVARTIO
MASCVLO
T QVARTI CRES
CENTI . NEP . R
ET P DEC SPL
COL AVG LILYB
Q . PP . CVR . F . P

P. DEC. SPL. COL. AVG. LILYB. Legendum *Primo Decurioni Splendidiſſimae Coloniae Auguſtae Lilybaetanorum*.

XXXV.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 118.



PVBICISIANO. Muratorius in *Novi Theſauri* Vol. II. Claſ. X. pag. 740. haec ita interpretatus eſt. PVBL. CISIANO. nempe *ex Publilia Tribu*, *Ciſiano*.

Ca-

XXXVI.

Catanae.

In Urna Lapidea effossa Anno 1767. *Apographum misit Ignatius Paternionus Castellus Princeps Biscaris V. C.*

L . RVBRIO
PROCVLO
ĦVIR . QVIN
AVGVRI .

IIVIR. QVIN. *Duumviro Quinquennali*. Duumviri erant in Coloniis & in Municipiis quemadmodum Romae Consules ; Quinquennales dicti , quod per quinquennium Magistratum gererent .

XXXVII.

Catanae.

Edidit Gualterius n. 33. *emendatiorem vero hic exscribere curavi tum ex Viti M. de Amico* Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 4. *tum etiam ex* Sylloge Sicular. Inscript. *Jac. Phil. Dorvillii edita a V. C. Petro Burmanno Secundo pag.* 577.

ΕΥϹΕΒΕωΝ ΚΑΥΤΟΝ
ΑϹΤΥ ΠΑΝΟΛΒΙΟΝ
ΑΝΔΡΑ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΖωϹΥΜΙ ΑΝΕΙΔΗΝ
ΑΓωΝΟΘΕΘΗΡΑ
Ϲ Ε Β Η ΡΟΝ
ΟΦΡΑ ΚΑΙ ΕϹΟΜΕΝΟΙϹΙ
ΙΡΟΠΟϹ ΑΙΖΕ Β ΡΟ

Piorum Inclyta
Urbs , omnino beatum
Virum extulit
Zosimorum genus
Agonothetam
Severum
Ut & posteris
: : : : : : : :

ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΑΣΤΥ. *Piorum Urbs*. Ita Catana dicta a piis Fratribus , qui pietatis memorabili exemplo propriis humeris veteres sustulere Genitores , ut ab Aetnae incendiis servarent . Perennis de eis exstat memoria apud Strabonem *Geograph.* lib. VI. & Senecam *De Beneficiis* lib. III. , deque hoc memorando facinore carmen illud cecinit Claudianus .

Aspice sudantes venerando pondere Fratres ,
Divino meritos semper honore coli .
Justa quibus rapidae cessit reverentia flammae ,
Et mirata vagas reppulit Aetna faces &c.

Catanenses Pios hosce Fratres maximis honoribus affecerunt , & in eorum Nummis Patrem unum , Matrem alium portantes expressere . Vide *Siciliam Numismaticam* Philippi Parutae , & *Sicil. veter. Nummos* , Opus a me editum Anno 1781.

XXXVIII.

Thermis .

In fronte Aedis publicae . Exscripsi die 16. *Aprilis* 1766.

TITIANO C . F . C . MAESI
TITIANI . ET FONTEIAE
FRONTINAE CONSV
LARIVM . FILIO
PATRICIO . OB . HONO
REM . TOGAE . VIRILIS
CLODIVS.RVFVS. EQVES.ROMANVS
AMICO . SVO . INCOMPARABILI

TITIANO . C . MAESI . TITIANI &c. FILIO. Huic Titiano Pater fuit C. Maesius Aquillius Fabius Titianus , cui posita a Thermitanis fuit Inscriptio superius relata in hac Classe n. XXV.

XXXIX.

Antipoli.

Ex V. C. Lud. Ant. Muratorii Novo Thesauro Veter. Inscript. *Vol.* II. *Clas.* XV. *pag.* 1025. *n.* 5.

C . TVLL FLAMINIVS
DECVRIONIS FILIVS
DOMO CATINA EX PROVIN
CIA SICILIAE INCOLA ANTI
POLITANVS SIBI ET S


C. TVLLIVS. FLAMINIVS. Aliter hunc Lapidem Gruterus, & ex eo Gualterius exſcripſerunt, Muratorio ego fidem adhibui.
DOMO CATINA EX PROVINCIA SICILIAE. De Catanae Urbe dictum eſt ſuperius Claſ. I. n. XVI.
INCOLA ANTIPOLITANVS. Antipolis hodie *Antibo* Urbs Galliae Narbonenſis maritima.

XL.

Marſalae.


Baſis cum duplici Inſcriptione in Area Majoris Eccleſiae, Exſcripſit Anno 1765. *V. C. Franciſcus Tardia Panorm. Mazarenſis Eccleſiae Canonicus.*

Ex uno latere.



Decuriones
M. Valerium Diogneti
Majorem Filium : : : : : :
Beneficum.

Ex alio.



ΧΟΡΤΑΝΑ. Hoc verbum minime vertendum exiſtimavi, ſubdubitans ne lapicidae incuria aliquid in eo fuerit immutatum. Cum tamen legerim apud Du Freſnium in *Gloſſar. ad Scriptor. med. & infimae Graecitatis &c.* Vol. II. pag. 1757. aliquando adhibitum fuiſſe ΧΟΡΤΑΝΕΙΝ pro ΧΟΡΤΑΖΕΙΝ a verbo ΧΟΡΤΑΖΩ *Saturo*: hinc cum *Benefici* titulum Marco Valerio in Lapide datum eſſe viderim, ſuſpicor, ei Decuriones hanc poſuiſſe Inſcriptionem, ob aliquod forſan largitatis beneficium tempore famis, aut penuriae ſuis Civibus impertitum, eumque ΧΟΡΤΑΝΑ quaſi *Populi Proviſorem*, aut *Saturatorem* dixiſſe.

XLI.

In Inſula Gauli.

Ex Jo. Franc. Habelae Melita illuſtrata *pag.* 212.

M . VALLIO . C . F . QVIR . RVFO . EQVO PV
BLICO . EXORNATO . A . DIVO ANTONI
NO . AVG . PIO . PLEBS . GAVLITANA . EX
AERE . CONLATO . OB . MERITA . ET IN
SOLACIVM C . VALLI POSTVMI PATRO
NI . MVNICIPII . PATRIS . EIVS : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : MATER : : : : : : : : : : :

Nau-

XLII.

Naupliae.

Ex Clar. Lud. Ant. Muratorii Novo Thesauro Veter. Inscript. *Vol.* II. *pag.* 1022.

ΓΑΙΟΝ ΟΥΕΡΓΙΛΙΟΝ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΑΛΒΟΝ
ΑΝΤΙΤΑΜΙΑΝ ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ
ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ

Cajum Vergilium Caji filium Balbum
Proquaestorem Populus Alaesinorum
Benevolentiae caussa.

ΓΑΙΟΝ ΟΥΕΡΓΙΛΙΟΝ. *Cajum Vergilium.* Cajus Vergilius Siciliae fuit Praetor Anno V. C. 694. & 695. pro ut notatur in *Fastis Consularibus* Vinandi Pighii; eum memorat M. Tullius in *Oratione pro Cn. Plancio* cap. 40. *Siciliam petivi animo, quae & ipsa erat mihi, sicut domus una, conjuncta, & obtinebatur a C. Vergilio, quocum me una vel maxime cum vetusta amicitia, tum mei fratris Collegia, tum Respublica sociarat.* Num is sit, cui dum Proquaestor esset Alaesini Lapidem posuere, pro certo affirmare non audeo.

ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ. *Populus Alaesinorum.* De Alaesa veteri Siciliae Civitate plura superius pag. 48. notata sunt.

XLIII.

Marsalae.

Ex Gualterio n. 133.

CVRETI . VIVAS
PRO MERITIS EXIMIAE LENITATIS
ET BENIGNAE ADMINISTRATIONIS
STRENVO ET PRAEDICABILI IVDICI
DOMINO ZENOFILO
VC . CORR PROV SICIL

CVRETI VIVAS. Aut aliquid excidit, aut vitio aliquo laborat exordium Inscriptionis hujus. Gualterius Dedicatoris dixit appellationem esse, quibus tamen rationibus nixus non video. In Epistola M. S. Antonii Cordicis ad Carolum de Vigintimilliis superius memorata exscribitur CVRTII. VIVAS. utramque ego lectionem rejicio. In Lapide Mediolanensi apud Sponium *Miscellan. Erudit. Antiquit.* pag. 63. legitur INNOCENTI CVM ENCRATIO VIVAS. Invenies quoque hoc Marmor Lilybaetanum in Gruteriano *Thesauro Inscriptionum* editionis Amstelaed. 1707. pag. 1102. n. 8. paucis tamen mutatis.

XLIV.

Ibidem.

In quadam Domo prope Ecclesiam S. Dominici exscripsit Anno 1765. Franciscus Tardia Panorm. Mazarensis Ecclesiae Canonicus V. C.

L : : : : : : : : : : : : : :
QVAEST : : : : : : : IP
PROV . SICIL : : : : : :
ORDO SPLENDIDI : :
COL . AVG . LILYB
PECVNIA SVA
CVR VIPSANO
PROCVLO X : : : :
H . V

XLV.

Liparae.

In Vestibulo Domus Episcopi. Ex V. C. Petri Burmanni Secundi Sylloge veter. Siciliae Inscript. *edita ad calcem* Siculor. *Jac. Phil. Dorvillii Amstelaedami* 1764.

: : : : : : : : : : : : :
L : : : : ON : : :
IE Q . VIR NOMEN
TANVS NOMINE
ET CLODI TIGRI
ANI COLLEGAE
EX AERE DAMN
RVM ANNI AEDI
LITATIS SVAE RE
LIQVA PECVNIA
DE SVO ADIECTA
L . D . D . D

EX AERE DAMNORVM ANNI AEDILITATIS SVAE. Aediles tum Romae, tum in Provinciis multatitias pecunias aut Religioni, aut publicis Operibus impertiebantur; in Panormitana Inscriptione superius exscripta Claf. 1. n. XXIII. Cereri Aram ex Multis positam fuisse legimus.

XLVI.

Messanae.

Edidit primus Gualterius n. 7. emendatiorem tamen dedit C. Dominicus Gallus in Annal. Messan. *Vol. 1. pag. 16. adpar.*

ΣΤΕΝΙΣ ΚΑΛΙΝΙΣ ΣΤΑΤΤΙ Η ΙΣΑ
ΜΑΡΑΣ ΠΟΜΠΙΔΑ ΤΙ ΕΣ ΙΥΜΩ ΖΙΗ ΚΕ
ΜΕΔΔΕΙΞ ΟΥΦΕΝΣ
ΕΙΝΕ ΙΜΑ ΤΩΣ ΤΟ ΜΑΜΕΡΤΙΝΟΝ
ΑΠΠΕΛΛΟΥΝ Η ΙΣΑ ΚΟΡΟΝ

Et huic Inscriptioni Graecis literis insculptae, barbaro tamen idiomate scriptae hic locum dedi, quod in ea nomen summi Magistratus apud Oscos, veteresque alios Italiae Populos legatur; neque mirum Graecis literis barbarum hunc efformatum videre Lapidem; Messanam namque Mamertini, qui e veteris Campaniae finibus erant oriundi, occupavere. De qua re ita Polybius *Histor.* lib. 1. cap. 7. *Messanam Campani sub Agathocle merentes . . . . sunt adorti . . . . specie amicorum ingressi, Urbis potiti Cives partim jugularunt*, & paulo post: *Mamertini (hoc namque nomen sibi Campani, occupata Messana, indiderunt &c.)* Credendum itaque Campano veteri idiomate Lapidem scriptum esse, retentis tamen Graecorum literis, quibus passim & Messanenses, & Siculorum reliqui utebantur. Utcumque res sit, hujus Inscriptionis Latinam exhibere versionem non parvi momenti res est; quam ex P. Mazara dedit C. Dominicus Gallus in Opere superius citato Arioli potius videtur esse figmentum: quae in ea tantummodo intelligi possunt, haec sunt.

ΜΕΔΔΕΙΞ. . *Meddix* nomen Summi Magistratus apud veteres Oscos, reliquosque veteres Italos ante res Romanas; de eo ita Ennius:

Africa terribili tremit horrida Terra tumultu
Summus ibi capitur Meddix occiditur alter.

ΟΥΦΕΝΣ. *Ufens*. Nomen proprium viri veterum Italorum. Virgilius Aen. lib. VIII. v. 6.

. . . . . *Ductores primi Messapus & Ufens.*

ΜΑΜΕΡΤΙΝΟΝ. *Mamertinorum*. Hoc nomen sibi occupata Messana Campani indidere, quod etiam habetur in eorum Nummis, quibus est inscriptum ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ.

CLAS-

CLASSIS VI.

Officia Minora, & Artes.

I.

Messanae.

Ex Gualterio n. 26.


ΑΓΡΙΠΠΕΙ
ΝΩ ΜΟΥ
CΙΚΩ ΜΝ
ΗΜΟCΥ
ΝΟΝ

Agrippino Musico Monumentum.

II.

In Oppido Sancti Marci.

Ex Gualterio n. 316.



Unctores Anatharchum Heraclei filium (supple) *honorant.*

ΟΙ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙ. *Unctores*. Gymnasiis Balneisque adstructa erant Ἀλειπτήρια, *Unctuaria*, loca ungendis curandisque Corporibus accommodata. Unctorum Collegium hoc Marmore Anatharchum onoravit.

ΑΝΑΘΑΡΧΟΝ. Gualterius exscripsit ΑΝΑΟΑΡΧΟΝ; cum tamen trium ille literarum vocalium ΑΟΑ. concursus in unica dictione aliquid insueti in Graecorum idiomate haberet, substituendum duxi ΑΝΑΘΑΡΧΟΝ.

Thomas Reinesius in *Syntagm. Inscript. Antiquar.* Clas. v. n. 34. pro ΑΝΑΘΑΡΧΟΝ subrogavit ΑΝΑCΙΑΡΧΟΝ, at non recte.

III.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

D ❦ M
P . ÆEEIVS PLACENTIVS
NVTRITORI . FILIORVM SVORVM
DIGNISSIMO
M . AVRELIO . LIBERALI
B . M . F

IV.

Neti.

In Museo Antonii Astuto Baronis Fargionis Urna Roma advecta.

D . M .
C . CESENNIO SE
NECIONI C . CHOR . I . I .
PR . P . V . EXERCITATOR
EQVITVM PR . FECIT . C . CE
SERNIVS ΣONYSIVS LIVE
RTVS ET HERES ATFER
ENTE ΣOTICO ABRITT .

V.

Catanae.

Ex Viti Mariae de Amico Catanae illustratae *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M . S

L . CORNELIO

CAMPESTRO

CVPARIO

CLAVDIA IAPAEZVSA VXOR

VI : : : : XXV.

CVPARIO . Cuparius , Faber nempe qui Cupas , sive Vasa lignea ad vinum conservandum elaborat.

VI.

Panormi.

In Museo Monasterii. S. Martini.

T . FL

CAPITOLINV

DECVRILIAS

DECVRILIAS. Adhibitis interpunctionibus hoc modo DECVRI. LI. A. S. Legitur *Decurialis Lictor a Sacris*. Lictor Decurialis is erat apud Romanos, qui Pontifices comitabatur cum ad Sacra facienda properabant ; de quo vide Jacobi Gutheri Opus *De veteri Jure Pontif.* lib. II. cap. 14.

VII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

DOCAPTI ICARI

ARGENTARI

VIII.

Panormi.

Ex Gualterio n. 234.

FLAMMA SEC . VIX . ANN . XXX

PVGNAT XXXIIII . VICIT XXI

STANS VIIII . MIS . IIII . NAT SRVS

IIVI . DELICATVS COARMIO MERENTI . FECIT

Epitaphium hoc est Flammae *Secutoris* , quod erat Gladiatorum genus ; cujus rectissimam dedit Gualterius pag. 108. explicationem ; enumerari nempe in eo XXXIV. certamina a Flamma commissa , in quibus vicit XXI. stetit anceps Victoriae IX. , missus , idest superatus fuit IV. ideo dicitur PVGNAT. XXX IIII. VICIT. XXXI. STANS. VIIII. MIS. IIII.

NAT. SRVS. *Natione Syracusanus* , neque hoc novum , alibi enim in Lapidibus legitur *Natione Mediolanensis* , *Natione Corcyra* , *Natione Modullia* , *Natione Tram*[illegible] &c. Vide de his [illegible] quae uberius notavi in Vet. *Veter. Panormi Inscript.* edito Anno 1762. pag. 330. (e) *Natione Mi*[illegible]*nsis* habetur in Lapide Romano apud Donium Clas. X. pag. 364.

COARMIO. Σύναιχμος , iisdem armis , eodem teli genere utens . Vide Jani Gruteri *Corpus Inscript.* ex recensione Jo. Georgii Graevii edit. Amstelaed. 1707. Vol. II. pag. 334. n. 4.

Ne-

IX.

Neti.

In Museo Antonii Astuto Baronis Fargionis Roma advecta.

D . M
T . FLAVIO APOLLONIO A LIBELLIS
T . FL
SECVNDVS CAESARIS
NOSTRI SER . CRESCENTIANVS
DISP . XX
HEREDITAT .

XX HEREDITAT. *Vigesimae Hereditatum*. Hereditatum vigesima vectigal fuit sat notum sub Romanis Imperatoribus.

X.

Thermis.

Ex Gualterio n. 256.

MVSICE
VIBONIENSIS
ANN . XXVI .

VIBONIENSIS. *Vibo* Civitas fuit Magnae Graeciae in finibus Brutiorum, Romanam habens Coloniam, ex qua *Valentiae* nomen accepit. De ea consulendum Clariss. Viri Alexii Symmachi Mazochii *Collectaneum* 11. ad calcem *Comment. ad veter. Tabulas Heracleenses* pag. 515.

XI.

Catanae.

In Museo Monasterii S. Nicolai de Arena.

D . M . S
OCTAVIVS THE
RMITANVS CO
MICO BENEME
RENTI FECIT ❦

THERMITANVS. Patrium nomen a *Thermis* veteri Siciliae Civitate, non vero gentilitium hoc esse suspicor. Cum tamen duo ejusdem nominis in Sicilia memorentur Urbes, una *Thermae Himerenses*, & altera *Thermae Selinuntiae* dictae, cujus harum Octavius in Lapide memoratus Civis fuerit, non tam facile definiri potest.

XII.

Messanae.

Ex Gualterio n. 25.

ΠΑΦΙΑΝΟϹ ΠΑΦΙ
ΟϹ ΤΗ Α ΥΠΟ ΓΗ
ΛΕΛΙΜΕ ΚΩΜΩ
ΔΟϹ ΛΙΦΘΕΙϹ
ΤΟΝ ΒΙΟ ΤΟΥ ϹΤΕ
ΦΑΝΟΝ

*Paphianus Paphi-
us hac sub terra
conditus sum Comi-
cus relinquens
vitae coro-
nam.*

ΠΑΦΙΟΣ. *Paphius* e Papho veteri Cypri Insulae Civitate.

ΛΕΛΙΜΕ prava orthographia pro ΛΕΛΗΜΑΙ. a verbo ΛΗΘΩ. *Lateo. Abscondo. Condo.*

Clariss. Phil. Jacobus Dorvillius in notis ad *Eroticon Charitonis Aphrodis.* lib. VI. cap. 6. pag. 563. hoc Epitaphium duobus pentametris versibus constare proposuit, quos levi mutatione ita concinnavit.

Παφιανὸς Πάφιος τῆδ᾽ ὑπὸ γῆ λέλυμαι
Κωμῳδὸς λειφθεὶς τὸν βιότου στέφανον.

Quibus sequentem postea versionem dedit

Paphianus Paphius hic sub Terra solutus (jaceo)
Comoedus, victus quod ad vitae coronam.

An vero talis versio Lapidi rite in omnibus conveniat, judicent Eruditi.

Tur-

XIII.

Turricii hodie *Terlizzi* in Apulia.

M[illegible] Vir Clarifs. Jacobus Martorellius in Regio Neapolis Lyceo Liter. Graecar. Profeffor.

C . PHENICIVS . CVRVVS . SICVLVS . C . F . M
D . TRA . IMP .
AD . V . P . CONS . OP . PRÆ
IS
CVM . SALT . TVRRICII . ADVENIS
NON . MAI . PER . AB IOVE PER
REP . EXOR . TEMP .
VIX . A . XXXIX .

H[illegible] ita explicandam dixit Clarifs. Martorellius. *Cajus Phenicius Curvus Siculus Caji filius Menfor D[illegible] ad viter p[illegible] Conful[illegible] Operi Praefectus : is cum Saltum Turricii adveniffet nonis Maji, [illegible] ab Jove periit, repente exorta tempeftate. Vixit annis XXXIX.*
SICVLVS. Anceps fum an hoc Caji Phenicii fit fecundum cognomen, aut Patriae indigitatio.

XIV.

Panormi.

Ex V. I. Veter. Panormit. Infcript. *edito Anno* 1762. *pag.* 47. *n.* XC.

SECVNDO . XX . HER .
VIL . SVMMAR . VR
BANAE . MATRI
CLYMENE . COG .
PRIMIGENIVS $\overline{XX}$ HER
; : : : : : : : : : : : : : : : : : : : ; : :

I. fcriptionem hanc, quam olim Gualterius Thermis H[illegible] rentibus vidit, ita legendam dixit in *Collect.* [illegible] *Panormit. Infcript.* pag. 350. *Secundo vige-f[illegible] Hereditatum Villico fummario, Urbanae Matri, Clymenae Conjugi, Primigenius vigefimae Hereditatum* .... reliqua in Marmore deficiunt. Villici hi fummarii Miniftri erant ordinis inferioris defignati ad colligendam pecuniam ex vigefimis Hereditatum. Reinefius in *Syntagm. Infcript. Antiq.* Claf. XIII. n. 43. pro VIL SVMMAR. exfcripfit VAT. SVMMAR, & Secundum fecit *Rationalem Summarum*; in Lapide, quem pluries vidi, clariffime legitur VIL. non vero VAT.

XV.

Catanae.

In Mufeo Monafterii S. Nicolai de Arena; Ex Epiftolis Philologicis Jofephi M. Alleganza Ord. Praed. quae M. S. vidi penes V. C. Dominicum Schiavo Pan. Eccl. Canon.

D . M .
SEPTIMIVS AVEE
ALEANDER EX PRO
CVRATORIBVS SIBI VIVO
ET FVLVIOLE AF
RODITE VX POSVIT

CLAS-

CLASSIS VII.

Opera, & Loca cum publica, tum privata.

I.

In Oppido Molae prope Tauromenium.

Ad frontem Majoris Ecclesiae.

ΕΚΤΙϹΘΗ ΤΟΥΤΟ
ΤΟ ΚΑϹΤΡΟΝ ΕΥ
ΠΙ ΚΟΝϹΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΑ
ΤΡΙΚΙΟΥ ΚΑΙ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ
ϹΙΚΕΛΙΑϹ

Conditum est
Hoc Castrum sub
Constantino Pa-
tricio, & Stratego
Siciliae.

ΕΠΙ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ. *Sub Constantino Patricio.* Constantinus Patricius Siciliae partem Graecis Imperatoribus tunc subjectam Anno 893. Aer. Christ. regebat, quo tempore Tauromenium a Saracenis fuit expugnata. Eum memorant Acta Vitae S. Eliae Ennensis edita primum ab Octavio Cajetano in *Vit. SS. Siculor.* Vol. II. pag. 21. in animadv. indeque a Sociis Bollandianis in *Actis Sanctorum* sub die 17. Mensis Augusti.

ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΣΙΚΕΛΙΑΣ. *Stratego Siciliae*: Sub Graecis Imperatoribus hi, qui Siciliae regimini erant praepositi, PRAETORES modo, modo STRATEGI dicebantur; penes eos summa erat Imperii tum civilis, tum militaris; eademque fungebantur auctoritate, qua tempore Romanae Reipublicae Praetores, & ineunte Imperio Proconsules. Plurium veterum Strategorum Siciliae nomina indicat Octavius Cajetanus in *Isagoge ad Histor. Sacr. Sicul.* cap. XLIII. n. 25. & seq.

II.

Syracusis.

Epigraphes literis cubitalibus insculpta in gradibus veteris Theatri. Ex Andreae Pigonati Opere edito Anno 1767. *cui titulus*: Stato presente degli antichi Monumenti Siciliani *Tab.* XII.

Ex una parte.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ

Reginae Philistidis.

Ex alia.

:::: ΑΚΛΕΟΣ ::::: ΦΡΟΝΙ ::::

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΩΣ. *Reginae Philistidis*. De Philistide Regina nulla apud veteres Scriptores exstat memoria; prodiere tamen superiori Saeculo ejus nomine inscripti argentei Nummi, eosque primus Leonardus Augustinus vulgavit in editione Romana *Siciliae Numismaticae* Philippi Parutae, nil tamen de ea statuens; protulit etiam & alios Marcus Mejerus in Lugdunensi Parutae editione, Siciliae, aut magnae Graeciae Reginam fuisse Philistidem asserens. Laurent. Begerus inde in *Thesauri Brandeburgici* Vol. I. pag. 300. de hisce nummis verba faciens, Cossurae, quae Insula est prope Siciliam, Dominam eam fuisse autumat. Sigebertus Havercampus in *Siciliae Numismat.* Vol. II. pag. 1014. Syracusarum Reginam Philistidem fecit, eamque Demaratam Gelonis Uxorem fuisse quatuor argumentis demonstrare aggressus est, quae tamen huic uni levi, immo levissimae conjecturae Vir summus superstruere non dubitavit, haec sunt ejus verba. *Dicam breviter quod sentio, existimo spectare ad Gelonis Uxorem, [illegible] Diodoro Demarata dicitur, quaeque sicuti [illegible] fide potest (quod necessario N[illegible] [illegible] gratia est statuendum) ita altero nomine [illegible] Philistis vocari potuit, altero signari in [illegible].* [illegible] tamen non videam, qua de caus[illegible] [illegible] sit, Demaratam binomi[illegible] fuisse, ut nulla fultus, aut veterum Scri[illegible], aut Monumentorum auctoritate, sibi [illegible] Havercampus, ejus idcirco argu[illegible] [illegible]entior. Ceterum licet clarissimus [illegible] Philistidem Syracusarum fuisse Reginam as[illegible]s non erraverit, tamen id forte quadam eve[illegible] est: hoc enim nullo modo evin[illegible]terit, nisi Inscriptionis hujus auxilio, quae [illegible]idem multis annis post Havercampi editam *Siciliam Numismaticam* in gradibus veteris Sy[illegible] Theatri studio, & labore eruditissimi Comitis Caesaris Cajetani detecta est. Post Havercampum, Philistidem in Sicilia regnasse addubitavit vir immortalis memoriae Scipio Maffejus in *Veronae illustr.* par. III. cap. 7. pag. 261. ea de caussa, quod maxima horum Numismatum cum aliis Siciliae sit similitudo. Jo: Harduinus, & B[illegible]tius inde inter Epiri Reginas Philistidem nu[illegible]eravere, qua tamen ratione ducti, plane [illegible]; tandemque Erasmus Froelichius in *Notit. Elementar. Numismat. antiquor.* cap. VII. pag. 134. nil aliud statuit, nisi quod *horum Numismatum fabrica Siciliam potius, aut Magnam Graeciam indicare videatur*. Quod vero frustra eruditissimi Viri hi omnes tentavere, hoc Aetas nostra habuit in aperto, omnique aere perenniori Monumento firmavit; post enim hanc detectam Inscriptionem non ambigitur Philistidem Syracusanorum fuisse Reginam; quo tempore tamen vixerit; fueritne ipsa Syracusani Regni Domina, aut potius alicujus Tyranni Uxor, Soror, vel Filia adhuc ignorare fatemur. Neque hoc mirum, Syracusanorum enim Regum nomina, & res gestae non adeo integra ad nos pervenere, ut multa etiamnum tenebris non maneant involuta; quae quidem Siculorum ingeniorum vis atque ardor, nisi me spes fallit, certe summo literariae Reipub. bono in lucem tandem aliquando proferet. Hanc spem non esse frustraneam auguror in primis ex eis, quae scripsit Tullius *Orat. in Verrem* lib. IV. cap. 55. exstare nempe tunc Syracusis in Templo Minervae *viginti & septem Tabulas pulcherrime pictas, in quibus erant imagines Siciliae Regum ac Tyrannorum*; & quamvis *Siciliae* hic dicatur *Regum ac Tyrannorum*, de Syracusanis securius intelligi debet; nil namque Syracusanis cum aliarum Civitatum Tyrannis commune fuit, ut eorum Imagines publice in Templo conservandas decrevisse credendum sit. Horum porro viginti & septem Tyrannorum, sexdecim tantum huc usque, e Scriptoribus, aliisque Monumentis innotuere; hique sunt Gelo, Hiero I., Thrasybulus, Dionysius I., Dionysius II., Calippus, Hypparinus, Nysaeus, Hicetas I., Agathocles, Hiceta II., Tynion, Sosistratus, Pyrrus, Hiero II., & Hieronymus, reliqui vero penitus ignorantur. Ciceronis testimonium confirmare videtur Valerii Maximi narratio lib. VI. cap. 2. de Syracusana extremae senectutis Muliere, quae pro salute, & incolumitate Dionysii quotidie Deos precabatur, dum omnes ferme ejus necem exoptarent; eam cum Tyrannus interrogasset qua de caussa talia Diis vota faceret, ita scriptum est respondisse. *Certa est ratio propositi mei, Puella enim cum gravem Tyrannum haberemus, carere eo cupiebam, quo interfecto, aliquanto tetrior Regnum occupavit, ejus quoque finiri dominationem magni aestimabam, tertium te superioribus importuniorem habere coepimus Rectorem. Itaque timens ne si tu fueris absumptus, deterior in locum tuum succedat, caput meum pro tua salute devoveo*. Qua in narratione illud profecto erit notandum, in Syracusanorum Historia nil haberi de duobus hisce Tyrannis Dionysio praecedentibus, quorum primus fuit interfectus; hi enim, qui ante Dionysium Syracusarum tenuere ditionem, & quorum cognita nobis sunt gesta, fuerunt Gelo, Hiero I., & Thrasybulus, quorum primi dum regnum obtinebant naturali fato perfuncti sunt, tertius vero e Regno exactus apud Locrenses mortem obiit. A Thrasybuli expulsione ad Dionysii Imperii primordia anni fere sexaginta sunt, quo temporis intervallo, quamquam alte sileant Historiae, duos illos ignoti nominis Tyrannos a muliere memoratos Syracusanum Imperium tenuisse credendum est.

Sy-

III.

Syracufis.

Ex Gualterio n. 93.

NERATIVS PALMATVS VGG : : : :
ETIAM FRONTEM SCAENAE O : : :

IV.

Thermis Selinuntiis, hodie *Sciacca*.

Ex Gualterio n. 117.

PRO BEATITVDINE
TEMPORVM DD NN
CONSTANTI ET
CONSTANTIS AA VV CC
STATIONEM A SOLO FECE
RVNT VITRASIVS ORFITVS ET FL
DVLCITIVS VV CC CONSVLARES
P S INSTANTE FL VALERIANO
DVCENARIO ACENTE IN REB ET PP CVRSVS
PVBLICI

STATIONEM A SOLO FECERVNT. Statio hic accipienda non pro loco in quo Milites confedebant, quemadmodum eam interpretati funt Jacobus Sponius in *Mifcell. Erud. Antiq.* pag. 275. & Guilielmus Fleetvoodius in *Veterum Infcript. Sylloge* pag. 119. edit. Londin. 1691. fed pro Aedificio quodam, aut Diverforio, quod aliter *Manfio* dicebatur, ex eo quia in eo Curfores publici, & Advenae five interquiefcebant, five noctu manebant; quod & ex ipfa arguitur Infcriptione, in qua dicitur, Stationem hanc factam effe inftante Flavio Valeriano Praepofito Curfus Publici. De hujufmodi Stationibus apud Veteres vide Nicolaum Bergierium *De Viis Militaribus &c.* cap. IV. fect. 9. §. 9. & Bern. Montfauconii *Antiquitat. Explic.* Vol. IV. p. 2. lib. I. cap. 2.

VITRASIVS ORFITVS. Fuit Praefectus Urbis fub Conftantino Magno, quemadmodum notavit Fleetvoodius loco fuperius citato.

FL. DVLCITIVS. Sub eodem Imperatore M. Dulcitius fuit Tribunus, & Notarius Imperialium juffionum adverfus Donatiftas, ut idem refert.

CONSVLARES. P. S. *Confulares Provinciae Siciliae*. De Confularibus Siciliae aliquid dictum eft in notis ad Infcriptiones XXXVI. & XXXVII. Claf. IV.

DVCENARIO. Ducenarius dicebatur Collector Ducentefimae, quae Vectigal erat ad inftar Centefimae, & Quinquagefimae, pro ut de ea habetur mentio in *Lege* 1. *Cod. de Exact. Tribut.*

AGENTE IN REBVS. Agentem in rebus inter Officia Domus Auguftae enumeravit Jac. Gutherus lib. III. cap. 10. confentientibus Guidone Pancirolo in *Not. Dignitat. Imp. Orient.* cap. XV. Jul. Caef. Bulengero *De Imp. Roman.* lib. VI. cap. 42. Nicol. Bergierio *De Viis Militar.* cap. IV. fect. 18. aliifque quamplurimis.

PP. CVRSVS PVBLICI. *Praepofito Curfus Publici*. De Praepofito five Praefecto publici Curfus paffim apud omnes Romanae Hiftoriae Scriptores exftat memoria, & praefertim apud Jacobum Gothofredum in *Cod. Theodof. tit. De Curfu publico*; adi etiam fi lubet Francifci Colofcii Opus eruditum italice fcriptum, cui titulus *Differtazione fulle Pofte degli Antichi* editum Florentiae Anno 1746. In quadam plumbea Diplomatis Bulla penes me legitur ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩCΩ ΔΟΥΛΩ ΛΕΟΝΤΙ ΒΑCΙΛΙΚΩ CΠΑΘ ΚΑΙ ΛΟΓΟΘ ΤΟΥ ΔΡΟΜΟΥ. *Auxiliare Domine fervo tuo Leoni Imperiali Spathario, & Logothetae Curfus* (fupple) *publici*. Eam vide inferius Claf. XVI. Praepofitus fontium cum figla duarum P.P. uti in noftro hoc Marmore obfervatur in latino Titi Flavii Antonini Epitaphio. Vide *Mufeum Scoepflini* editum a Clarifs. Oberlino Vol. I. pag. 85.

Ca-

V.

Catanae.

Fragmenta eruta e veteribus Thermis, quae ſub Cathedrali Templo Divae Agathae ſacro etiam nunc exſtant.

I.

ΦΛΑΒΙΟϹ ΦΕΛΙΞ ΕΥΜΑΕΙΟϹ Ο ΛΑΜΠ : : : : : :

ΛΙΒΕΡΑΛΙΟΥ ΓΟΥ ΕΥΚΑΘΩϹΙΩΤΟΥ ΑΝΙ : : : : : :

ΕΚΑΥϹΕΝ ΕΙϹ ΤΗΝ ΠΡΟΚΑΥϹΙΝ ΚΑΙ ΕΙϹ ΤΟ : : : :

ΤΟΥ ΑΡΧΙΤΕΧΤΟΝΟϹ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΥΠ : : : : : : : : :

II.

: : : ΡΧΙΑϹ ΕΙΠΕΝΑΙ ΘΕΡΜΑΤΑΙ ΑΧΙΑΑΙΑΝΑΙ ΕΞΑΡ : : : : ΑΙΑϹ ΔΙΑ ΤΥΠΩϹΕΩϹ ΑΝΤΙΑΙ : : :

: : : ΚΑΘΕΚΑϹΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΠΗϹΑϹ Ζ ΛΒ ΞΕΛΑΤΤΟΝ ΕΚΑΥϹΕΝ ΕΙϹ ΤΗΝ ΠΡΟΚΑΥϹΙΝ :

: : : ΝΟ ΠΡΟΓΡΑΦΙϹΕΥ ΚΑΘΟϹΙΩΤΟϹ ΤΩΝ ΕΙΔΙΩΝ ΑΝΑΛΩΜΑΤΟΝ ΤΙ : : : : : : : : :

: : : Ϲ ΙΟΥΛΙΩΝ ΙΟΥ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥ ΤΟ 2 ΔΙ 2 ΚΑΙ . ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΛΑΜΠ : : : : : :

III.

: : : : : ΙΟΥϹΗϹ ΤΗϹ ΕΠΙϹΚΕΥΗϹΕ : : : : : : :

: : : : : ΞΕΝ ΠΗϹΑϹ ς ΙΗ ϽΙΕΙ2Ν°2 : : : : : :

: : : : : ΤΟ ΕΠΙ Δ ΥΠ : : : : : ΜΑΤΩ : : : : : :

Fragmenta haec plura in fruſta diviſa, pro ut eruta fuere, exſcripſit Abbas Vitus M. de Amico in *Catanae illuſtratae* Vol. III. pag. 242. & Clariſs. Petrus Burmannus Secundus in *Sylloge Veter. Sicular. Inſcript.* quas collegit Jac. Phil. Dorvillius edita ad calcem *Siculorum* ipſius Dorvillii pag. 576. Ea poſtmodum, cum in ſuum Antiquitatum ditiſſimum Muſeum induxiſſet Vir eruditiſſimus Ignatius Paternionus Caſtellus Princeps Biſcaris, meliori cura praeruptos lapides inter ſeſe aptavit, ita ut tria tantum efficerent fragmenta, quae ad eamdem ſpectare Inſcriptionem mihi videntur. Dolendum ſane nobiliſſimum Lapidem ita undique mutilum, & diffractum ad nos perveniſſe; ejus latina verſio a Viro multarum linguarum peritia clariſſimo Franciſco Paſqualino facta, quam edidit Amicus in Opere paullo ante citato, meam certe non obtinuit gratiam; ad novam itaque melioremque concinnandam animum adjeci, auxilium expoſcens ab amiciſſimo Viro, & tum Graecae, tum Hebraicae linguae expertiſsimo Franciſco Tardia, ſed incaſſum oleum, & operam perdidiſſe expertus ſum, neque ex undique praerupto Marmoris ſenſu, (nam potior ejus pars reliquiis hiſce interjecta, aut fato periit, aut adhuc ſub Terra jacet abſcondita) aliquid elicere potui, cui animum adquieſcere datum eſſet; hinc ad Claſſem illam, in qua Inſcriptionum fragmenta congeſſi, etiam & hanc rejiciendam duxeram; Amicis tamen ita volentibus a propoſito receſſi, & inter alia Operum publicorum Monumenta locum ei dedi, utpote quod certum ſit ſpectare ad veteres Catanenſes Thermas, quarum etiam & nunc mirandae exſtant reliquiae ſub Cathedrali Templo Divae Agathae ſacro. Tentamen item verſionis illius, quae collatis cum Clariſs. Tardia ſtudiis mihi aptior viſa fuit, ut iiſdem Amicis morem gererem, heic incertus expono; pauca ad calcem adjiciens, quae meum ad eam tali modo concinnandam animum impulerunt.

I.

Flavius Felix Eumaejus illuſtris : : : : : :
Liberalii Expolitoris Ani : : : : : : :
Vaporarium habuit in Antiſudatorio & in : : : : : :
Architecti poſt Hypocauſtum ſive *Calidarium* : : : : :

: : rchias

II.

: : *rchias dixit . Thermarum Achillianarum Curatores* : : : : : : *decreto Antili* : : :
: : *Per ſingulos dies Picis* XXXII. *ſextantes minores , Vaporarium habuit in Antiſudatorio* : : :
: : *Inſcripſit Expolitor ſuis propriis ſumptibus* : : : : :
: : *Julium filium Auguſti* : : : : : *& Maximi illuſtris* : : :

III.

: : : : : : : : : *Inſtantis reſtaurationis* : : : : :
: : : : : : : : : *Picis ſelibras* XVIII : : : : : :
: : : : : *ſub* : : *Hypocauſto* : : : : : : : : : :

I.

ΛΑΜΠ : : : : ſuppleo ΛΑΜΠΡΟΣ , & ideo verto *Illuſtris* .

ΕΥΚΑΘΩΣΙΩΤΟΥ. Rite vertitur pro *Expiatore* , ſive pro illo qui maculas purgat , & in noſtro Marmore , ex quo de Thermis agitur , facile accipi poteſt pro *Expolitore* illo , qui corpora poſt unctiones , & lavacrum abſtergebat , de quo vide Hieronymi Mercurialis Opus *De Arte Gymnaſtica* lib. 1. cap. 8.

ΕΚΑΥΣΕΝ. *Vaporarium dedit , vel habuit* a verbo Κάίω quod in utraque ſignificandi ratione cum tranſitive , tum intranſitive illud exprimit quod Latini dicunt *Ardere : Supra modum caleſcere &c.* quemadmodum ex auctoritate Hippocratis interprete Celſo , notavit Henricus Stephanus in *Theſaur. Linguae Graecae* Vol. II. V. Κάίω . unde , cum de Thermis in Lapide agatur , accipi poſſe videtur pro eo , qui Vaporarium vel accipit , vel alicui tribuit .

ΠΡΟΚΑΥΣΥΝ. Καῦσις. Latine redditur *Uſtio* , *Crematio* , *Aeſtus* , *Ardor* , & ſimilia . Praepoſitio πρὸ idem Graecè ſignificat quod Latine *Prae* , ſive *ante* . Cumque ut plurimum tam apud Graecos , quam apud Latinos verba actionum accipiantur pro loco , in quo fit actio ; hinc Καῦσις intelligi poteſt pro loco in quo calor , ſive ardor excipitur , quod eſt *Sudatorium* , & Πρόκαυσις videtur intelligendum pro *Antiſudatorio* , ſeu pro cella , quae Sudatorium ipſum antecedit , quemadmodum Πρόναον dicebatur *Templi veſtibulum* , Προάστειον *Suburbium &c.* De Sudatoriis ſive Laconicis in Thermis , quae Italico ſermone dicuntur *Stufe* , paſſim apud veterum rerum Scriptores exſtant memoriae .

ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΥΠ : : : ſuppleo ΥΠΟΚΑΥΣΙΝ , & ideo redditur *poſt Hypocauſtum* ſive *Calidarium* , quae cella erat ſub pavimento ſuo fornacem habens , ex qua in Sudatorium ſive Laconicum calor emittebatur .

II.

ΘΕΡΜΑΤΑΙ. Nominativus pluralis primae declinationis , cujus ſingularis eſt Θερμάτης , accipitur hic pro illo, qui Thermarum curam habet, ideoque verti *Curatores Balnei* ſive *Thermarum* .

ΑΧΙΛΛΙΑΝΑΙ. Hoc nomen forſan Catanenſes Thermae habebant , nil de eo explorati habeo .

ΠΗΣΑΣ. Hoc verbum diu me contorſit ; neque in ullo Graeci Idiomatis Lexico illud inveni ; legiſſe tamen memini apud Carolum Du-Fresnium in *Gloſſar. med. & infim. Graecitatis* ΠΗΣΑ ſcriptum eſſe pro ΠΙΣΣΑ in quodam Codice Jatrico : ex eo hinc , quemadmodum & a notis numeralibus ΑΒ proxime ſequentibus, reddidi *Picis* , cujus uſus , quia in Lapide de Thermis agitur , non prorſus erat a Balneis alienus : Veteres enim , qui lavatoribus ad corpus poliendum utebantur, quemadmodum & illud ſtrigilibus a ſordibus mundabant , oleo , ceromate , & unguentis obliniebant , etiam & picem adhibebant ad pilos e corpore divellendos , prout ſcripſit Plinius in *Hiſtoriae Naturalis* lib. XIV. cap. 20. *Pudet confiteri maximum jam honorem Picis eſſe in evellendis Virorum corporis pilis* .

Ʒ. Figura eſt literae Ξ pro ut conſpicitur in aliis ejuſdem Lapidis verbis ΦΕΛΙƷ . ΜΑƷΙΜΟΥ. &c. Haec ſola litera ante , & poſt numerales notas ΑΒ accipienda eſt pro ponderis ſigla , qua indicatur *Sextans* , ſive ſexta pars librae , de quo vid. Jo. Gaſp. Eiſenſchmidii tractatum *De Ponderib. & Menſur. Veter.* pag. 149. edit. Argentor. 1747.

ΙΟΥΛΙΩΝ ΙΟΥ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ. Caeſaris Auguſti Filii fuere ex adoptione Cajus , & Lucius , qui Caeſares , & Principes Juventutis dicti fuere . Noſtra tamen Inſcriptio Auguſti aevum non redolet , hinc potius crederem Julium Auguſti filium , de quo in ea agitur , M. Julium Caeſarem eſſe M. Julii Philippi Imperatoris filium .

III.

Ƨ. Accipio hanc literam pro figura literae Σ. quam aliis in Siculis Monimentis vidi , pro ut notavi in Exercitatione *De Graeca Siculorum Palaeographia* huic Collectioni praemiſſa ; noſtro in hoc Marmore accipi debet pro nota ponderis , quae ſignificat *Selibram* , ideſt librae dimidium ex eodem Eiſenſchmidio loco ſuperius citato .

ΕΠΙ ΥΠ : : : : ſuppleo ΥΠΟΚΑΥΣΤΟΝ *Sub Hypocauſto* .

VI.

Catanae.

Epiſtylia veterum Columnarum, quae olim erant in Eccleſia Sanctae Agathae. Ex Gualterio n. 32., & ſequ.

Q . LVSIVS	LABERIVS
PROCONSVL	THERMAS

Q. LVSIVS. Gualterius exſcripſit LVCIVS, quod tamen correxit Petrus Carrera in *Mon. Hiſt. Catan.* lib. III. cap. XI.

THERMAS. Veteres Catanenſes Thermae, quemadmodum ſuperius dictum eſt, adhuc fere integrae conſpiciuntur ſub Templo maximo Divae Agathae Sacro; eas fuſius deſcripſit Eruditiſs. Vitus M. de Amico in *Catanae illuſtratae* Vol. III. pag. 50. & nuper eorum ſchema editum fuit ab Andrea Pigonati in Opere Anno 1767. impreſſo, cui titulus: *Stato preſente degli antichi Monumenti Siciliani &c.* Tab. XXI. XXII.

VII.

Catanae.

Tabula utraque parte inſcripta effoſſa Anno 1772. exſtat in Muſeo praenobilis Viri Ignatii Paternionis Caſtello, Principis Biſcaris.

Ex una facie.

ΒΑΙΟΝ ΕΜΕ ΝΥΜΦΑΙΣ ΕΡΓΟΝ ΚΑΜ : : : : : :

ΟΥ ΓΑΡ ΜΟΙ ΣΘΕΝΑΡΗΝ ΧΕΙΡ ΕΠΕ : : : : : :

ΑΛΛ ΕΝ ΕΜΟΙ ΚΑΜΑΤΩΝ ΕΥΡΕΝΤΕ : : : : : :

ΑΓΧΟΘΙ ΛΑΙΝΕΗΣ ΑΥΛΑΚΟΣ ΥΔΡΟ : : : : : :

ΤΗΝ ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΝ ΕΣΗΣ ΕΡΑΠΟΛΛ : : : :

ΝΑΜΑ ΦΕΡΕΙΝ ΚΑΘΑΡΟΝ ΕΝΝΑΕΤΑΙ : : : : :

ΕΝΝΟΥΟΥ.

Ex

Ex altera.

: : : : : : : YMIN : : : : : : : IA NYMFEVM
: : : BE FOEDATVM CVIVS ETIAM AQVA
: : : VO MEATV TAMEN CORRVPTIONE
: : : MITA FVERAT POLLVTA ET QVANDAM
: : : M HAVRIENTIBVS INFERRE VIDERETVR
: : : A ET ARSINIVC . CONSVLARIS . P . S .
: : : VM ADQVE VSVI POPVLI SPLENDIDISSIMI
: : : M REDDITVM REFORMATVMQVE EST
: : : ANTE FL . AMROSIO V . P DD PRI

Dolendum nobilissimum Lapidem ita mutilum ad nos pervenisse, ut non nisi divinando ejus integer sensus haberi possit. Pars illa Graecis caracteribus inscripta Epigramma continet sex versibus, tribus exametris, & tribus pentametris concinnatum, quos omnes sequenti modo distinxit, & suppletos dedit Vir in Graecorum literis apprime versatus Franciscus Tardia Mazarensis Ecclesiae olim Canonicus.

Βαῖον ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμε τόνδε σοφιστής,
Οὐ γάρ μοὶ σθεναρὴν χεῖρ ἐπέχειν δύνατον.
Ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὑρέντες ψυχρὸν ἔσεθι
Ἄγχοθι λαΐνεης αὔλακος ὑδροπόται.
Τὴν αὐτὸς ποίησεν Ἔσης Ἐρατόλλος Ἀγωγὸς,
Νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέταις Κατάνης.

Quibus idem Tardia V. C., & cujus mortem Sicilia dolet, quae sequitur, latinam aptavit versionem:

Parvum Opifex me fecit Opus Nymphis dicatum,
Non enim mihi adhibere potuit supremam manum,
Sed ex laboribus in me (impensis) invenictis refrigerium
Prope lapideum sulcum Potatores
Hanc ipse fecit Eses Erapollo rivi ductor,
Ut laticem ferret limpidum Civibus Catanae.

Pars haec Inscriptionis Graeco exarata idiomate, vetustior, mea sententia, est altera; nam memoratur in ea constructio Nymphei ab Erapolline in gratiam Civium Catanensium facta, cujus Nymphei restaurationem, purgatis novo meatu aquis sub Arsinio Consulari Provinciae Siciliae, curante Flavio Amrosio, postmodum factam esse ostendit pars alia Lapidis latine inscripta, quae non tam facile, ut alia, suppleri potest.

De Nympheorum usu non bene conveniunt Scriptores; volunt enim nonnulli Nymphea esse Palatia publica, in quibus nuptias celebrarent, qui aut proprias non possiderent domos, aut nimis angustas haberent. Aliis vero placuit esse Nymphea loca publica, in quae non ut in Balnea, aut Thermas propter usum aqua deduceretur, sed amoenitatis causa, cui postremae sententiae Catanense nostrum hoc Marmor favere videtur.

VIII.

Panormi.

Lapis literis cubitalibus inscriptus in Agro veteri Segestanorum Civitati proximo inventus, exstat nunc in Museo Monasterii S. Martini.

ΙΑΣΩΤΗΡΙΑ
ΙΙΑΣΧΑΡΙΝ

In agro veteris Segestae prope locum, in quo erant Balnea, reperta fuit haec Inscriptio literis cubitalibus in quodam praegrandi saxo excisa. Fusius actum est de ea in *Collectione Veterum Panormitan. Inscriptionum* a me edita Anno 1762. sub n. XLVIII. pag. 261.

Sy-

IX.

Syracusis.

Marmor effossum in veteri Judaeorum Regione, misit Caesar Comes Cajetanus V. C.

: : ωCAN TOΠH CEΠTON EIH ZAXAPIAC
: : N ЄXΛЄIKЄ TOYTO MAPMAPOIC ЄYCYNO ЄΠOIC : :

Ut locus venerabilis esset, Zacharias
: : clausit Marmoribus benevole agens : : :

Et Zachariae nomen, & Locus, e quo fuit Marmor defossum, Monumentum hoc esse Judaeorum aperte demonstrant; neque novum hoc in Sicilia; Hebraei enim propriis sedibus expulsi, tum tempore belli, quod contra eos gessit Cn. Pompejus Magnus, quam etiam post subactam a Tito Vespasiano Flavii Augusti Filio Hierosolymam, per universam fere Europam se se dispersere; ingens tunc eorum manus Siciliam appulit, eamque diu incoluit, usquequo Ferdinandi Catholici Hispaniarum Regis jussu, decimoquinto exeunte Saeculo, inde fuit ejecta. Plurima tunc Siciliae Civitates, & Oppida Judaeorum habuere Communitates, [illegible] inter omnes [illegible], & [illegible] Syracusana, quam etiam primo post [illegible] CHRISTUM Saeculo extitisse demonstrant [illegible] Acta Sancti Marciani Episcopi edita ab Octavio Cajetano in *Vitis SS. Siculorum* pag. 4. Hebraeorum Siciliae monumenta hinc inde dispersa collegit, illustravit, & edidit Anno 1748. Vir eruditissimus [illegible] de Joanne [illegible] Panormitanae Ecclesiae Canonicus Libro, cui titulus: *L' Ebraismo della Sicilia ricercato, ed esposto &c.*

X.

Thermis.

Ex Gualterio n. 278.

Q . DICVMIVS . Q . F
II . VIR
PORTICVS . DE . S : : :

XI.

Melitae.

Ex Gualterio n. 340., *& ex Joan. Franc. Habelae* Melita illustrata *pag.* 52.

KOIMHTHPION
HΓOPAΣMENON
AΠO ZωΣIMH
TINOΣ KAI ANI
KE : : : : : :

Coemeterium
emptum
a Zosimo
quodam, & Ani-
ce : : : : : :

XII.

Thermis.

Ex Gualterio n. 295.

AQVAE .
CORNELIAE
DVCTVS
P . XX .

AQVAE CORNELIAE DVCTVS. Quemadmodum Romae Aquarum varii ductus, *Aqua Marcia*, *Aqua Julia*, *Aqua Claudia &c.* [illegible] ab [illegible] in Urbem deducendas curaverat sumptibus [illegible], ita Thermis aliquem ex illustri Corneliorum gente credendum Aquam duxisse, cui *Corneliae* nomen inde manavit. Quod de Aquis, etiam de publicis Viis fuit apud Siculos servatum; erant namque in eorum regione *Via Valeria* [illegible] Messana ad Lilybaeum, de qua Strabo *Geograph.* lib. VI., & post Messanam *Via Pompeja*, in qua Messanenses, quemadmodum memorat Cicero *Orat. in Verrem* lib. V. cap. 66. figebant crucem reorum suppliciis addictam

Pa-

XIII.

Panormi.

Fiſtula plumbea veteris Aquaeductus. Ex Collect. Veter. Panormit. Inſcript. *edita Anno* 1762. *pag.* 18. *n.* XXXIV.

T . FLAVIVS PRIMIO . FEC

XIV.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 143.



Vandali ſub Genſerico Anno Aer. Chriſt. 435. Siciliae bellum intulere, Lilybaeum, & ei finitimam potiorem Inſulae partem occupantes, quam diu tenuere. Theodoricus inde Gothorum Rex Anno 493. Siciliae obtinuit Imperium, Vandalis adhuc Lilybaeum tenentibus, quos ex Inſula expellere conatus eſt; at inde pace cum Toriſmundo Vandalorum Principe firmata, inter alias pactiones, hoc ſancitum fuit, ut tota Sicilia Gothis pareret, Lilybaeum vero Vandalorum dominatui ſubeſſet; de quibus exſtat apud Procopium *De Bello Gothico* lib. 1. prolixa narratio. Tunc temporis Cippum hunc terminalem, ut fines utriuſque Imperii dignoſcerentur, poſitum fuiſſe non dubito. A Sponio in *Miſcell. erudit. Antiquit.* pag. 165. Lapis exſcriptus ad radicem Montis Sanctae Victoriae fuit repertus, in quo ex una parte legitur FIN. AQ. *Fines Aquenſes*, ex alia vero FIN. AREL. *Fines Arelatenſes*. Qui Cippus erat terminalis ad dignoſcendos poſitus Aquenſium, & Arelatenſium fines. Nonnullos alios ejuſmodi Cippos terminales invenies in Gruteri Opere *Inſcript. Antiq. ex recenſ. Graevii* Vol. 1. pag. 99. & ſeqq.

XV.

Syracuſis.

Inſcriptio, quae legebatur maxima in illa Navi, quam Hiero II. Syracuſan. Rex Ptolemaeo Aegyptiorum Regi dono miſit. Ex Archimeli Epigramm. apud Athenaeum in Deipnoſoph. *Lib.*v. *c.*XII. *pag.*209. *edit.Lugdun.* 1657. *juxta recenſ. Cauſaboni.*

ΙΕΡΩΝ ΙΕΡΟΚΛΕΩΣ ΕΛΛΑΔΙ ΠΑΣΗ
ΚΑΙ ΝΑΣΟΙΣ ΚΑΡΠΟΝ ΠΙΟΝΑ ΔΩΡΟΦΟΡΟΝ
ΣΙΚΕΛΙΑΣ ΣΚΑΠΤΟΥΧΟΣ Ο ΔΩΡΙΧΟΣ

(Littera ſculpta loquitur) *Hieronem Hieroclis filium Graeciae Univerſae,*
Et inſulis, opimum ſuae liberalitatis fructum, ac munificum hunc oſtendiſſe,
Siciliae Regem, Doricum.

Exstat apud Athenaeum, loco superius citato, de hac Nave prolixa narratio, in qua de ejus structura, & magnitudine mira leguntur, quae recentiores Critici, & quidem merito, inter aniles fabulas rejiciunt.
ΝΑΣΟΙΣ Doricè pro ΝΗΣΟΙΣ *Insulis*, nam Syracusani Dorica Dialecto utebantur, quemadmodum in Prolegomenis huic Collectioni praemissis, ubi de *Graecis Siculorum Dialectis*, fusius ostendi.
ΣΚΑΠΤΟΥΧΟΣ item Doricè pro ΣΚΗΠΤΟΥΧΩΣ. *Sceptrifer*, qui Sceptrum tenet, sive Rex.
ΔΩΡΙΧΟΣ. *Doricus*. Dicitur Hiero Rex Doricus, quia Syracusani Doricam a Corinthiis originem habuere; sat enim est notum, & pluries hoc in Opere dictum est, Archiam e Corintho profectum Syracusas condidisse.

XVI.

Syracusis.

In Basi marmoreae Statuae. Ex Gualterio n. 108.

ΖΗΝΩΝ
ΑΦΡΟΔΕΙCΙ
ΟC . ΕΠΟΙΕΙ

Zeno
Aphrodisi-
ensis faciebat.

Statuis, & Picturis Artifices sua nomina inscribere consuevere. Plutarchus in *Vita Periclis*. *Phidias signum Minervae aureum fecit, ejusque Opifex est in basi inscriptus*. Ejusdem Phidiae legebatur etiam nomen in Simulacro, quod Elaei dedicarunt, ex Pausania lib. v., his verbis. ΦΕΙΔΙΑΣ ΧΑΡΜΙΔΟΥ ΥΙΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ Μ ΕΠΟΙΗΣΕ. *Phidias Charmidae F. Atheniensis me fecit*. In marmorea item Basi exscripta a Politiano *Miscellan*. XVIII. legebatur ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Lysippus faciebat*. Zeno hinc Aphrodisiensis, & Saucon Atheniensis, quorum nomina tum in hoc, tum in sequenti marmore leguntur, Artifices certe fuere, qui superposita Simulacra, aut Signa hisce basibus exculpsere.

XVII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

ΣΑΥΚΩΝ ΑΘΗΝΑ
ΙΟC ΕΠΟΙЄΙ

Saucon Atheni-
ensis faciebat.

XVIII.

Tauromenii.

Ex V. C. Petri Burmanni Secundi Sylloge veter. Inscript. Sicular. *edita ad calcem* Siculorum *Jac. Phil. Dorvillii pag.* 575.

ΕΡΜΑΗΡΑΚΛΕΟΣ

ΕΡΜΑΗΡΑΚΛΕΟΣ. Imagines erant Mercurii, & Herculis ut plurimum insimul unica cum basi junctae, quas Veteres in Gymnasiis & Palaestris dedicabant. De his ita Cicero in *Epistol. ad Atticum* lib. I. Ep. 10. *Signa nostra, & Hermeraclas, ut scribis, cum commodissime poteris, velim imponas &c.*

XIX.

Catanae.

Mamercus Catanensium Tyrannus, Timoleontis Militibus bello captis, haec in eorum Clypeis inscribi jussit. Ex Plutarcho in Vita Timoleontis.

ΤΑΣ ΔΕ ΟΣΤΡΕΥ Ο ΓΡΑΦΕΥΣ ΚΑΙ ΧΡΥΣΕΛΕΦΑΝ ΤΕ ΠΙΛΕΚΤΟΙΣ
ΑΣΠΙΔΑΣ Α ΑΣΠΙΔΙΟΙΣ ΕΙΛΟΜΕΝ ΕΥΤΕΛΕΣΙ


Auro, Ebore, Electro pictos Ostroque nitentes
Vilibus hos Clypeos cepimus; en Clypeos.

Pa-

XX.

Panormi.

Tessera hospitalis eburnea inventa Anno 1749. in Agro veteri Lilybaetanae Civitati proximo, exstat in Museo Monasterii Sancti Martini.



Imilchoni Milchonis F.
Inibalus Chlorus jus hospitalitatis
Praestitit, liberationis caussa
Diogneti, & Nepotum.

Eximium hoc Monumentum, & merito inter praecipuas Punicae antiquitatis reliquias accensendum, Anno 1749. inventum in agro Civitati Lilybaei proximo, exhibet insculptas ex una parte duas manus junctas, ex altera vero Graecam Epigraphem, in qua legitur Inibalem Chlorum cum Imilchone Milchonis filio jura Hospitii contraxisse, propter Diogneti, & Nepotum liberationem; estque haec ideo hospitalis Tessera, ex qua dignoscitur apud Poenos etiam Hospitalitatis jura sacra fuisse. Primus, qui Inscriptionem hanc protulit, fuit Clariss. Paulus M. Paciaudius in *Diatriba qua Graeci Anaglyphi interpretatio traditur &c.* Romae impressa Anno 1751. hac adjecta versione:

Imilchon Imilchonis filius
Inibalis nepos Chlorus, Hospitium
Fecit cum Lysone
Diogneti filio, & posteris ejus.

Prodiit secundo Epigraphes ipsa, quamvis mutila (tria enim ex ea deficiunt verba), in Opere posthumo Abbatis Gregorii Placentinii *De Siglis veter. Graecor.* pag. 92. hac ad Auctoris libitum de ea facta explicatione.

Imylchon Imylchonis filius Inibalus
Chlorus hospitii jus sanxit per Li-
aeum a Jove generatum, & Nepotes.

Tertio Tesserae ipsius schema ab authographo sumptum, una cum ejus Inscriptione protuli Anno 1762. in Volumine *Veterum Panormit. Inscript.* pag. 29. cumque de ea peculiare conscripsisset Commentarium Vir summae eruditionis, atque immortalis memoriae Dominicus Schiavo Panormitanae Ecclesiae Canonicus, eximiam ejus lucubrationem pariter in lucem edendam existimavi pag. 273.; & quam in ea Vir ille clarissimus versionem dedit, aliis posthabitis, etiam in hoc Opere liben-

ter

ter fequutus fum. Si hunc Dominici Schiavo laborem, & ipfius Tefferae fchema, ut fupra a me editum, vidiffet Vir alioquin doctus Fr. Hieremias a Bennettis, haud facile in ejus Opere *De Chronologia, & Critica Hiftoriae Sacrae, & Profanae* Vol. 1. pag. 176. haec de illa fcripfiffet; *Teffera . . . . . in qua ab Inibalo Chloro Imylchonis Carthaginenfium olim in Sicilia Ducis filio, Hofpitii jus per Lilybaeum fancitum legitur, cum Jovis Hofpitalis effigie, ac in poftica Tefferae parte binae conjunctae manus in hofpitii, amicitiaeque foedus fculptae cernuntur.* Qua in defcriptione nefcio, an plures fint errores, quam verba.

XXI.

In Oppido Calatafimis.

Lapis erutus e veteris Segeftae ruinis. Ex Gualterio n. 322.

: : : ΟΥ ΤΕΟΝΤΟΣ ΦΑΩΝΟΣ
: : : ΦΩΝΟΣ ΣΩΠΟΛΙΑΝΟΥ
: : : ΝΟΜΕΟΝΤΟΣ ÆΕΝΑΡΧΟΥ
: : : ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ
: : : ΥΣΑΜΕΝΟΥ ΤΩΝ ΕΡΓΩΝ
: : : ΤΟΥ Α ΚΑΤΕΣΚΑΥΑΣΘΗ

: : *Teontis Phaonis F.*
: : *phonis Sopoliani F.*
: : *Nomeontis Aeenarchi F.*
: : *Diodori F. & curam*
: : *cognofcentis operum*
: : *illius quae facta funt.*

Infcriptio haec, quemadmodum & alia fuperius expofita in Claffe III. num. 4. defoffae fuerunt e veteri illo Segeftanorum Fano, quod pene integrum ufque adhuc cernitur, non longe a Calatafimis Oppido, vulgo ab Incolis dictum *li Pileri di Barbara*, cujus delineationem exhibuere tum Jac. Phil. Dorvillius in *Siculorum* cap. V. pag. 54. tum etiam Andreas Pigonati in Opere italice edito Anno 1767. *Stato prefente degli Antichi Monumenti Siciliani* Tab. XXXVI.

ΚΑΤΕΣΚΑΥΑΣΘΗ. Gualterius exfcripfit ΚΑΤΕΣΚΑΤΑΣΘΗ, fed perperam.

XXII.

Prope Adranum.

In Pago dicto Polizello *Rupi incifa. Ex Gualterio n. 333.*

ΚΕΜΑΔΙΑΙΟΣ ΛΑΛΩΣ ΡΟΙΦΟΣ
ΦΗCΕΙΝΟC ΕΥCΕΒΙC
ΠΑΥΛΙΝΟC ΕΥΦΡΑΝΟΙΣΑΝ 

Cemadiaeus Lalus Rufus
Phefinus Pius
Paulinus libenter fecerunt.

S.Ma-

XXIII.

S. Mariae de Licodia inter Paternionem, & Adranum.

Eruta ad amoenissimum Fontem Botti, *ubi veterum Catanae Aquaeductuum cernuntur Reliquiae. Ex Gualterio n.* 335.

CVRATORES
Q. MACVLNIVS
ET RAITIVODE
ATVRIVCΛOCHAC

Tertiae, & quartae lineae interpretationem ab aliis expecto: est enim Lapis, quemadmodum Gualterius confessus est, desperatae lectionis.

XXIV.

Syracusis.

Ex Gualterio n. 107.

ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ . ΑΙΓΑ : : : : :
ΥΙΟΣ : ΑΣΤΟΔΥΜΑΣ . ΟΙΚΟΔ
ΟΜΗΣΑΣ . ΠΕΛΕΟΡΟΝ
ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΥ ΥΙΕΣΣΙΝ
ΕΔΟΚΕ . ΤΑΙ ΠΟΔΩΝ

Epicrates Aega : : :
filius Astodymas qui
aedificavit prope terminum
Filiis suis
donavit CCCXI. *pedum*.

ΠΕΛΕΟΡΟΝ lego ΠΕΛΑΣ ΟΡΟΝ. ideoque, ut Marmori sensus reddatur, verto *Prope terminum*.

Urna in Templo veteri: Monasterii S. Spiritus. Apographum misit Arcadius C[illegible] Ord. S. Benedicti Congr. Casinatis Alumnus.

TIT . FLAVI . AVG . LIB
DIADVMENI
FLAVIA . VICTORINA
PATRI PIISSIMO

XXVI.

Panormi.

Ex Gualterio n. 185.

D . M
FORTIS CAESAR . SER
SIBI . ET CHARIDI .
CONIVGI BENE .
MERENTI ET . P AELIO
AVG LIB . FELICI . POSTE
RISQ' SVORVM FECIT

XXVII.

Neti.

Penes Antonium Astuto Baronem Fargionis.

D . FVLVIVS
ALEXANDER
IVLLIVS . Q . L . LEONID

XXVIII.

Thermis.

Ex Gualterio n. 264.

C . HATERIVS .
C . L
AGATOCLES

XXIX.

Panormi.

Ex Gualterio n. [illegible].

HERENNIA
NVS . VERNA
PATRI . BENEM : : :
[illegible]

XXX.

Catanae.

In Museo Paterni [illegible].

IVCVS Ɔ L
LVCRIO

XXXI.

Messanae.

Misit V. C. Andreas Gallus.

OSSA . IVLI . AVG
VSTI . L . LOCHI
QVINTILIANI

XXXII.

In Oppido Sancti Marci.

Ex Gualterio n. 311.

D . S . F . MIRON .
D . IVNIO . D . L .
OPIAIO : :
E . MIRONIA . D : :

XXXIII.

Catanae.

In Museo Paterniono

IVENTIA . M
LIBERTA PSYVCE

XXXIV.

Ibidem.

IVVENTIH
M . L
VRBANA

XXXV.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arenas.

LENEO AVGVS . L
PROCONS
PATRIMONI ET ERE
D . ET DOMITIAE PHYL
IDI . L . DOMITIVS LENVS

PROCONS. PATRIMONI. ET. ERED. Recentioris aevi figmentum hunc Lapidem esse dubito, novum enim tota in Antiquitate nunc primum Munus emergit *Procons. Patrimonii*, & *Haereditatum*. Fuerunt tum Augustorum Patrimonii, tum Haereditatum Procuratores, nil autem legi de Proconsulibus, aut Proconservatoribus, quorum nomen indicare videntur literae illae PROCONS.

XXXVI.

Syracusis.

Ex Gualterio n. 228.

L . LICINIVS
L . L . DAPHNVS
VIX . A . XXXV

XXXVII.

Messanae.

Ex Gualterio n. 20.

A . MACVLLIO
A . LIB . EVHODO
MACVLLIA . TYCHE
PATRONO . ET . CO
IVGI . MONVMEN
TVM . FECIT
O . D . S . M .

O. D. S. M. *Optime de se merito.*

XXXVIII.

Panormi.

Ex Gualterio n. 200.

L . MALLIVS
MoL
PHILARGYRVS

L. MALLIVS. MoL. PHILARGYRVS. Parvum illud o interpunctionis vices praestat, ideo legendum *L. Mallius M. Libertus Philargyrus.*

Ca-

XXXIX.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

L . MARCVS . L . Ͻ . L

ANTHVS . L . HNAP

IVS . DE . SVBVRRA

DE SVBVRRA. Obvium est *Suburram* Vicum Romae fuisse in Regione secunda, quae *Coelimontana* appellabatur, qui Vicus incipiebat ab eo loco, ubi hodie cernitur Templum DD. Petri, & Marcellini, & ad Amphitheatrum Titi finiebatur. Et quamvis de finibus istis inter se non conveniant nonnulli Romanarum Antiquitatum Scriptores, securior meo videri haec est sententia: Panvinius in *Descript. Urb. Romae*, collocat *Suburram* inter Colles *Coelium*, & *Palatinum*.

XL.

Catanae.

In Museo Paternionis.

C . MECENAS . C . L

EVCARVS . BRIAS IX

L . SALVIA . SEX . RVPR

IVS . SEX . L . PANPAHI

C . MECENAS . C . ANIE

Clariss. Maffejus in Appendice *Musei* [illegible] pag. 302. n. 5. sequens retulit Epigramma:

ↄ C MECENAS. C. L. EVCARPVS
RVBRIA. S. L. SALVIA
SEX. RVBRIVS. S. L. DAMPNIV
C. MECENAS. C. L. ANTEROS
SEX. RVBRI. SEX. L. PHILODESPOTI.

idque Romae extare dixit penes Franciscum Ficoronium; cum vero Ill. Ignatius Paternionus Castelli Princeps Biscaris plures lapides Romae acquisitos suum in Museum intulerit, hinc suspicor hunc Catanensem eumdem esse, ac illum a Maffejo editum, quamvis aut mutilum, aut male exscriptum.

XLI.

Thermis.

Ex Gualterio n. 227.

NICARIN . MVNATIAE . L . L . ZOZI
MAE . FILIA . HYMNETRIA . A . S
TERRA . PRECOR . QVAECVNQVE
IACES . NICARIO . SVPER . OSSA
SIS . LEVIS . IN . TENERO . CORPORE . DEPOSITA
VIXIT . ANNOS . XVIII

TERRA. PRECOR. &c. Formula in Epitaphiis Ethnicorum obvia: alias SIT TIBI TERRA LEVIS. in M[illegible] Epitaphio apud Maffejum *Mus. Veron.* pag. 258. n. 3. TE LAPIS OBTESTOR LEVITER SVPER OSSA RESIDAS, & in Tusculano Marmore edito a Praesule Benedicto Passioneo *Inscript. Antiqu.* Clas. IX. pag. 92. n. 59. legitur ET TE TERRA PRECOR LEVITER SVPER OSSA RESIDAS. De hac apprecationis formula vide Clariss. Bern. Montfauconii *Antiqu. Explic.* Vol. V. p. 1. lib. 1. cap. 13.

SIS. LEVIS. IN TENERO CORPORE DEPOSITA. Legerem potius: *Sis levis in tenero Corpore deposito*.

Pa-

XLII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini Roma advecta.

D . M
NICEPHORO ALVMNO
P . AELIVS AVG . LIB
ENCOLPIVS F
ET SIBI ET SVIS ET LIBERT
LIBERTABVSQ .
POSTERISQ . EORVM

XLIII.

Neti.

Penes Antonium Ajuto Baronem Fargionis Urna Roma advecta.

D . M . C . OCTAVIO
EPICTETO V . A . F . OCTAVIA
THETIS COLLIBERTO SVO
ET SIBI QVANDO QHVMANII
ATTICERII H . M . D . M . A

H. M. D. M. A. *Huic Monumento dolus malus abesto.*

XLIV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

OCTAVIA Q . L
STRATONICE

XLV.

In Oppido S. Philadelphi.

Misit Anno 1745. Franciscus Mondelli U. J. D.

ΧΑΡΙΤΩΝ ΕΓΟ : : : :
ΠΟΝΤΟΝ ΚΑΛΟ : : : :
ΟΡΦΙΤΙΑΝΟ ΝΙΕ : : :
ΔΟΥΛΟ ΕΝΕΩΤΕ

Chariton : : : :
: : : : : Pulchro : : :
Orphitiano : : : :
Servo renovavit.

In *Diario Literario Florentino* Anni 1749. col. 717. alia de hac Inscriptione datur versio, nempe.

Gratiis super
Abundantibus pulchro
Orph[illegible] . . . :
Servo [illegible].

ΧΑΡΙΤΩΝ. Nomen Viri apud Graecos sat obvium.

ΟΡΦΙΤΙΑΝΟ. Orphitianus nomen etiam Viri, quemadmodum legitur in Lapide Hortano Muratoriani *Novi Thesauri &c.* Clas. XXV. pag. 1919. n. 1.

ORFITIANVS
PATER FECIT
FILIAE QVIRIACENI
ANNICLE . ET . MESERVM
QVINQVE

XLVI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

DIIS MANIBVS
L . PLOTIVS X LIBERTVS
FECIT PLOTIAE . ISARVTI
QVAE VIXSIT ANN LXV
ET SIBI POSTERISQVE
SVIS

Ibi-

XLVII.

Ibidem.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

D . M . S
POMPONIAE . CASTAE
NOMIVS . DOMITIAE
DOMITIANI . SER
PIAE CONIVGI . F
V . A . XXV D XX

XLVIII.

Thermis.

Ex Gualterio n. 226.

SEX . RAECIO . Y .
SEX . L . STEPHANO
AMICI . DE . SVO

XLIX.

Neti.

Penes Antonium Astuto Urna cineraria.

D . M .
T : RVFINI GEMINI T .
RVFINIVS PARTHENIVS
LIB . PATRONO B F .

L.

Catanae.

In Museo Paterniono:

ΣΑΒΟΥΚΙΣ
ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟΣ
ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ
ΛΒ . ΣΑΒΟΥΚΙΣ
ΖΩΙΛΟΣ ΠΑΤΡΩΝ
ΕΠΟΙΗΣΕ

Sabuces
Callimorphus (sive *Pulchriformis*)
Vixit Annis
XXXII. Sabuces
Zoilus Patronus
Posuit.

LI.

Catanae.

In eodem Museo:

V . Q . SALVSTIVS . Q . L
MENOPHELIS . A : : : : :
Q . SALVSTIVS . Q . L
TOPANES . ANTIOCHVS
SALVSTIA . Q . L . ZOTIZA

LII.

Ibidem.

SANTIA . V . L
ADEPTA . H . SE
ARI . CONIVGI
BENEMER

LIII.

Panormi.

Ex Gualterio n. 238.

M SCRIBONIVS
M L .
STYMPHALVS

CAECILIA
ATTICA

LIV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

DIS . MAN
SEMNO . AVG
SER CLAVDI
A . DIDYME
B . M . F

LV.

Thermis.

Ex Gualterio n. 292.

Ↄ . SEMPRONIO
Ↄ . L . PRIMIONI
ANNORVM . XVIII

LVI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M .
SVCCESSAE
BLASTVS
CONSERVAE
SVAE BENEME
RENTI . FEC

LVII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

TERENSIA M . L .
TYRANNION
CYZICENA

Apud Muratorium *Thesaur. Inscript.* Vol. III. pag. 1757. habetur TYRANNIS HILARIONIS VXOR.

LVIII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

P . TONIVS
ACASTVS
TONNIA L . F

TONNIA. L. F. *Tonnia Liberta fecit.*

LIX.

Catanae.

In eodem Museo.

VITEDIA . L . L . TYCHE
VIX . ANN . XXV
I . VITEDIVS . L . L . LVCRIO
SIBI . ET . SVIS

CLAS-

CLASSIS XI.

Affectus Conjugum.

I.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M
ACCAEA CALLIOPE
Q . RVPILIVS . ONESI
MVS COIVGI
BENE DE SE
MERITAE

II.

Messanae.

Ex Gualterio n. 10.



HELIAS. nomen Mulie[illegible] [illegible] *E[illegible]* [illegible] p. 1. [illegible] p. [illegible]

DIIS MANIBVS SACRVM
VIVENIAE L . F . HELIADI
VIXIT ANNIS XVI . MENSIB . VI .
FECER HELIVS AFFINIANVS PVBLICV
AVGVRVM CVM SEX PSYCHE CONIVGE
FILIAE PIENTISSIMAE

In Epitaphio Sex. Varii Marcelli, quod Romae extat in Museo Clementino Vaticano legitur IVLIA SOAEMIAS.

III.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M .
CEIA DIANI
HEVRESI . ET
PROCOPENI
FILIABVS . ET
AELIO CAELANDO
CONIVGI . B . M
FECIT AELIA
HEVRESTIS

Pa-

IV.

Ex Jani Gruteri Inscript. antiquar. Collectione *pag.* 751. *n.* 3.

D . M . ET . SOMNO AETERNALI
SECVRITATI . MEMORIAEQ . PERPET
AELIAE . FLAVIAE . MELITANAE
Q . V . A . XXXI . M . III . D . X
T . FL . HYMNVS . CONIVGI . SANCTISSIMAE
DVLCISSIMAE . Q . CVM . QVA . VIX . ANN . XIII .
T . T . FLL . COL . MARCELLVS . ET . TITIANVS
ET . FLAVIA . T . F . AMPELLE . MATRI . PIENTISS
SARCHOPHAGO . SIGIL . CVM . OPERE . ET . BASIBVS
FECER . ET . CONSECRAVERVNT . IDIBVS . AVGVSTIS
PVDENTE . ET . ORFITO . COS

MELITANAE. Nomen Patrium aut ex Insula Melitae, aut ex quadam Atheniensi Regione.

PVDENTE ET ORFITO COS. Anno U. C. 917., & Aerae Christianae 165. quo creati sunt Consules L. Arrius Pudens, & M. Gavius Orfitus.

V.

Messanae.

Ex eodem Grutero pag. 754. *num.* 13. *& ex Gualterio n.* 19.

D . ANNIVS . RVFVS
VIX . ANN . XL .
NVMITORIA . HAGNE
CON . CAR

NVMITORIA. Gualterius exscripsit NVNITORIA; correctius tamen NVMITORIA ex Grutero.

VI.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M . S .
APHRODITO
MIMAS ❧ VIX ❧
ANN ❧ XXXX ❧
EVTYCHVS ❧ CON ❧
IVGI ❧ MERENTE F

Ca-

VII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

AVIDIAE VALERIAE
CONIVGI INCONPA
RABILI FECIT . M . AVR
ELIVS SASSIARHIS

VIII.

Catanae.

Ibidem.

DIS MANIBVS
M . AVIDIO
SYMPHORO
SABIDIA ASTER
CONIVGI
BENEMERENTI
POSVIT

IX.

Catanae.

In eodem Museo.

D . M .
M . AVRELIO . DI : : : : :
NATIONE CILX . C : : : : :
ANNIS XXXVI : : : : : : : :
AVRELIA CIVAD : : : : : :
ET IVLIA ERATS . C : : : :
DVLCISSIMO . B . M

X.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *pag.* 252.

Θ К Δ
ΒΕΙΨΑΝΙΟ : : : :
ΖΩΤΙΚΟϹ : : : : :
ΕΤΗ Λ ΗΡΑΚΛ : : :
ΑΝΔΡΙ ΕΥϹΕΒ : : :

D. M. S.
Vipsanius : : : :
Zoticus : : : : :
Ann.. XXX. Heraclia
Marito pio.

XI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

CAESENNIAE D . M
PROCE M LIVIVS
IVCVNDVS CONIVGI
OPTIMAE POSVIT

XII.

Catanae.

Ex eodem Amico, ut supra, Vol. III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M .
CLAVDIAE
FELICIAE
T . FLAVIVS
AGATHORVS
CONIVGI . B . M .

XIII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

D . M .

C L A V D I A E

P R E S P O N T I D I

M . V . V . CONIVGI

BENE MERE FE

XIV.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 121.

D M CLAVDIAE SABINAE

L . METHIVS PROCVLVS

CONIVGI KARISSIMAE B

XV.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

D . M .

CLODIAE LEONTIDI

CN ❧ CORNELIVS

EPAPHRODITVS

CONIV CARISIMAE

FECIT

XVI.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M .

CL . DIOCEMES FE

CIT . CL . HYCIAE

CONIVGI . BENE

MERENTI . FECIT

CENTI

XVII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M . S .

DOMITIVS ❧ SVCES

SVS ❧ VIXIT . AN XXX

DOMITIA COSMI

CE ❧ VXOR FECIT

VIRO MERENTI

XVIII.

Catanae.

Ibidem.

Θ K

Μ Υ Ρ Τ Α Λ Η Χ Ρ Η Σ Τ Ο

Τ Α Τ Η Ε Ζ Η Σ Ε Ν Ε Τ Η

Λ̄ Μ Η Ν Γ̄ Κ Ο Ρ Ν Η Λ Ι

Ο Σ Α Γ Α Θ Η Μ Ε Ρ Ο Σ Σ Ι Ν

Β Ι Ω Ε Υ Σ Ε Β Ε Σ Τ Α Τ Η ❧

❧ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε ❧

D. M.

D. M.
Myrtala Bo-
na vixit Ann.
XXX. *Menf.* III. *Corneli-*
us Agathemerus U-
xori piiſſimae
poſuit.

Hunc titulum poſuit Cornelius Agathemerus Myrtalae conjugi; e ſequenti vero Lapide diſcitur eumdem Cornelium ſecundas contraxiſſe nuptias cum Ephroſyna, quae poſtea Viro monumentum, & ipſa dedicavit.

XIX.

Ibidem.

Θ Κ
ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ . ΑΓΑ
ΘΗΜΕΡΟΣ . ΕΖΗ
ΣΕΝ ΕΤΗ XXXVIII
ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ ΙΔΙΩ ΣΥΝ
ΒΙΩ ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

D. M.
Cornelius Aga-
themerus vi-
xit Ann. XXXVIII.
Euphroſyna ſuo Conju-
gi Memoriae gratia.

XX.

Melitae.

Ex Gualterio n. 347.

DICANILLA
MARITIMO
CONIVGI
PIENTISSIMO
ET COELIA
MARITIMO
PATRI DVLCIS
SIMO . ET . COE
: : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : :

XXI.

Panormi.

In Regiae Univerſitatis Muſeo.

DOMITIVS A F QVIR HIMERÆVS
SIBI . ET DOMITIAE . A . F . SORORI
ALFIAE Ↄ . L . ZOTICAE . VXORI

HIMERÆVS. Ex Himera, ſeu Thermis Himeraeibus, quae eſt Civitas maritima in ſeptentrionali Siciliae ora, hodie *Termini* XXIV. p. m. Panormo recedens Orientem verſus.

XXII.

Ibidem.

Q . FABIVS . QI
ISIO
LELIAE . D . L
COPRILIAE
VXORI

XXIII.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

C . FANNI C . F
HELLANICI VIX
ANI XXXXVIII
D IX NAEVIA E
TAVRINA CONIVGI
B . M . F

Ca-

XXIV.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M .
FLAVIO
PTILÆ DESPOTO
FLAVIA IVSTA
CONIVGI BENE
MERENTI FEC
IT VMECVS
VIXIT ANNO XXII

XXV.

Romae.

Ex Marquardi Gudii Collect. Veter. Inscript. *edita Leovardiae Anno* 1731. *pag.* CCCIV. *n.* 5. *& ex Muratorio, qui correctiorem protulit in* Novo Thesauro Veter. Inscript. *Vol.* III. *Clas.* XIX. *pag.* 1387.

ΦΟΡΙΟΣ . CΥΡΑ
ΚΟC . ΕΠΟΙΗ
CΕΝ . ΒΑΡΒΑΡΙΕ
CΥΝΒΙΩ ΔΙΑ : : : :
ΜΝΕΙΑC ΧΑΡΙΝ

Forius Syra-
cusanus posu-
it Barbariae
Coniugi : : : :
Memoriae caussa.

ΒΑΡΒΑΡΙΕ. *Barbariae*: nomen Mulieris, quod etiam legitur in quodam Marmore exscripto a Richardo Pocockio in *Sylloge Inscript. Antiq. Graec. & Latin.* edita Londini 1752. pag. 111. n. 8.

BARBARIAE . P . F
VERAE . VXORI
P . TITIVS . P . L . ARDTVS
SIBI . ET . SVIS . V F
L . TITIO . P . F . CLEMENTI

XXVI.

Thermis.

In fronte Aedis publicae.

M . GRANIO . M . F
QVIR . DEXTRO . AVL
CESTIA . PVLCHELLA
FECIT. SIBI. ET. VIRO. SVO

XXVII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

D . M
HERMETI
QVI VIXIT . ANNIS XXXI
ALBINIA
CONIVGI BENE
MERENTI FECIT

Ca-

XXVIII.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuſtrata, *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2. *Exſtat nunc in Muſeo Monaſterii S. Nicolai de Arena.*

DIS MANIBVS
IVLIAE HISBE
IVLIVS ONESIVS
CONIVGI . B . M
FECIT

XXIX.

Panormi.

Ex Gualterio n. 235.

IVNIAE FESTIVAE
PATRONAE ET VXORI RARISS
C . IVNIVS MERCVRIVS

XXX.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

D . ❧ M
IVVENTIAE VENE
RIAE CONIVGI SVAE
BENEMERENTI FIRMIVS
FLORENTINVS ET MATER
FECERVNT . QVAE VIXIT
AN . XXV . M . XI . D . XXII

XXXI.

In Oppido Sancti Marci.

In fronte Turris Campanariae Aedis Sancti Baſilii.

LICINIA MECISTO
Q . MANLIO VIRO
Q . MANLIO FRON
TONI . F . MANLIAE
F

XXXII.

Prope Thuſam.

In Eccleſia Sanctae Mariae de Palatis, Lapis erutus ex Alaeſae ruinis. Ex Gualterio n. 301.

M . LIMBRICIVS M F
FAL . RVFVS
V . SIBI . ET . HELVIAE . ARVRAE
VXORI . SVAE

XXXIII.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 141.

DIIS MANIBVS
P . SIA : : : R : : : MARIO : : : STA
TIVS . A : : : : TVS . ET . SIBI
ET . SALVIAE . C . F . FELICVLAE VXORI
POSTERISQVE . SVIS . L . D . D . D.

XXXIV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

Θ K

ΜΕΡΚΟΥΡΙΑΛΗΣ

ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ

Μ Β

ΓΥΝΗ . ΕΠΟΙΣΕ

D. M.
Mercurialis
Vixit Annis
XLII.
Uxor posuit.

XXXV.

Romae.

Ex Novo Thesauro Veter. Inscript. *Clariss. Ludovici Anton. Muratorii Vol.* III. *Clas.* XIX. *pag.* 1378.

Θ K

ΜΙΝΟΥΚΙΑ

CΙΚΕΛΗ . ΧΡΙC

ΤΗ , ΚΑΙ . ΑΜΕΜΠΤΟC

ΚΕΙΤΑΙ . ΕΝΘΑΔΕ

ΖΗCΑCΑ . ΕΤΗ

ΚΕ ΕΥΟΔΙΩΝ

CΥΜΒΙΩ ΕΠΟΙ

ΗCΕΝ

Diis Manibus
Minucia
Sicula, Beni-
gna, & Inculpata
Jacet heic
vixit Annos
XXV. *Evodion*
Conjugi po-
suit.

XXXVI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M . S .
MINVCIAE SATVR
NINAE ET A IVNI
SATVRNINI V . A . LIII
M . III . D . XVI . FEC A IVNIVS
FELIX CONIVGI CARISSIM

XXXVII.

Neti.

Penes Antonium Asiuto Baronem Fargionis Urna Cineraria.

D . M .
L . NINNIVS . HERMES
ET AVGE FILIA
NINNIAE THYCHYNI
CONIVGI B . M . F .

XXXVIII.

Panormi.

Urna Marmorea in Museo Regiae Universitatis.

D . M
D . NONIO . IVCVNDO
MARITO . BENEME
RENTI . FECIT . IVTICIA
ARISTIAS . ET
NONIA . ELIXIIANA
FILIA . P . B . M .

P. B. M. *Patri Benemerenti.*

XXXIX.

Neti.

Penes Antonium Astuto Baronem Fargionis.

D . M .
OCTAVIAE CEREALI
Q . V . A . LX . COIVGI . BE
NE . MERENTI C . LARCI
VS . AMPLIA FECIT
SIBI . ET . SVIS LIBERTIS LIBER
TABVSQVE . VTRORVMQVE
POSTERISQVE . EORVM

XL.

Catanae.

In Museo Paterniono.

MEMORIAE
ORBIAE . M . F . SEIAE MATRIS
Q . GARGHII GARGHIANI PISIM
AE Q GARGHIVS . M . SCHIONV
VXORI OPTIME . ET DVLCISSIMAE

XLI.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata. *Vol.* III. *lib.* X. *pag.* 257.

Θ ❦ Κ ❦
ΠΕϹΚΕΝΝJϹ
ΚΑΛΑΤΙΧΟϹ ❦ ΕΖΗ
ϹΕΝ ❦ ΕΤΗ ❦ Q ❦ Γ ❦ Μ ∂
ΠΕϹΚΕΝΝΙΑ
ΓΑΜΙΚΗ ΙΧΝΔΤJ

D. M.
Pescennius
Cal[illegible]us vi-
xit Ann. LXXIII. *Mens.* IV.
Pescennia
Conjux dulcissima (posuit.)

Tertiam hujus Lapidis lineam male affectam, & pessime in ea numerales Notas exaratas esse, quisque cognoverit, eam itaque hoc modo restituendam duco ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗ. ΟΓ. Μ. Δ. *Vixit Annis* LXXIII. *Mens.* IV. Postrema item verba ΠΕϹΚΕΝΝΙΑ ΓΑΜΙΚΙ ΙΧΝΔΤJ, ita ab Amico exscripta nemo intelliget, nisi legantur ΠΕϹΚΕΝΝΙΑ ΓΑΜΙΚΗ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ. *Pescennia Conjux dulcissima.*

XLII.

Neti.

Penes Antonium Astuto Baronem Fargionis.

DIS MANIBVS
C . NYMPHIDIVS
PRIMIO SIBI ET
PLAETORIAE
ANTHVSAE
CONIVGI CARAE
ET PIAE DE SVO
FEC

XLIII.

Ibidem.

DIS MANIBVS
PLOTIAE FAVSTILLAE
CONIVGI . BENE
MERENTI . FEC .
L . IVLLIVS EVTYCHES

Ther-

XLIV.

Thermis.

Ex Gualterio n. 265.



D. M.
Pomponia
Maxima
vix. Ann. XL.
Camolissus
propriae
Uxori.

XLV.

Catanae.

In Museo Paterniono,

D . M
PVBLICIA EX
PECTATA . FECIT
SIBI ET CONIVGI
sic SVEO BENEMER
ENTE FILIO PISIMO ET SVI

XLVI.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *pag.* 259.

ΤΥΜΒΟΝ ΟΡΑϹ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ ΠΕΡΙΚΛΕΙΤΗϹ
ΡΟΔΟΓΟΥΝΗϹ ΗΝ ΚΤΑΝΕΝ ΟΥΚ ΟϹΙΩϹ ❧
ΛΑΕϹΙ ΔЄΙΝΟϹ ΑΝΗΡ ΚΛΑΥϹΕ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑ[illegible]
ΟΥϹ ΑΒΙΑΝΙΟϹ ΗΝ ΠΑΡΑΚΟΙΤΙΝ ΚΑΙ
ΒΑΙΗΝ ϹΤΗΛΗ ΤΗΝΔ ΑΠΕΔΩΚΕ ΧΑΡΙΝ
ΟΝΟΜΑ ΤΟ ΠΕΡΙΝ ΜΕ ΠΑϹ ΕΚΛΗΖΕΝ ❧
❧ ΕΠΑΓΑΘΩ ❧
ΝΥΝ ΔΕ ΡΟΔΟΓΟΥΝΗ ΒΑϹΙΛΙΔΟϹ
❧ ΤΟ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ❧

Inscriptionem hanc non satis accurate a Viris Clariss. Vito Maria de Amico, & Lud. Antonio Muratorio editam corrigendam duxi, facem praeferentibus Jo. Henrico Leikio in Tractatu: *Specimen Notar. & emendationum ad Graecas Inscript. a celebri M[illegible] edit[illegible]* &c. in Miscell. Lipsiens. Menckenii [illegible] Gaspare Hagembuchio in *Diatriba de Graecis Thesaur. Murator. Marmor.* edit. Tigur. 1747. Sex versus in ea ita summi Viri distinxerunt:

T—

Τύμβον ὁρᾷς παροδῖτα περικλειτῆς Ῥοδογύνης
Ἣν κτάνεν ἐχ' ὁσίως λάξεσι δεινὸς ἀνήρ
Κλαῦσε δὲ καὶ τάρχευσ' Ἀβιήνιος ἐν παρακοίτιν
Καὶ βαιὴν στήλην τήνδ' ἀπέδωκε χάριν
Οὔνομα τὸ πρὶν μὲ πᾶς ἔκλησεν Ἐπαγαθὼ
Νῦν δὲ Ῥοδογύνη Βασιλίδος τὸ ἐπώνυμον.

In quinto versu non omnes metricas Auctor sequutus est leges. Hoc Epigramma ita latine vertit Franciscus Bonada in Anthologia, cui titulus: *Carmina ex antiquis Lapidibus &c.* Vol. II. Clas. VI. pag. 127.

Nobilis ad tumulum Rhodogunae siste Viator,
Improbe quam saxis abstulit atra manus.
Justa sed Uxoris dat flens Avienius, isto
Munus & in cippo dedicat exiguum.
Nominis hoc ante dabant cuncti Epagatho,
Moxque Rhodogunen Basilidis vocaverant.

Qua in versione, quae potius Epitaphii Paraphrasis dici potest, etiam Clariss. Bonada in duobus postremis versibus metricas Leges neglexit.

ΡΟΔΟΓΟΥΝΗΣ. *Rodogunae.* Nomen muliebre alias notum, simile enim habuit una ex filiabus Xersis Persarum Regis. *Xerses Uxorem duxit Onophae filiam Amistrin, ex qua filium suscepit Dariaeum, & post biennium alterum Hystaspem nomine, & praeterea Artoxersem, duasque filias, quarum una Amytis nomine Aviae vocatur, altera RHODOGVNE.* Ctesias *in Persicis*, e quibus excerpta Anno 1763. edidit Petrus Wesselingius in calce *Historiar.* Herodoti Halicarnas. pag. 811. Idem etiam invenitur in *Erotico* Charitonis Aphrodisiensis lib. VII. cap. 5. *Abeuntem inter haec opprimit Rhodogune Zopyri filia Megabizi uxor &c.*

XLVII.

Messanae.

Ex Gualterio n. 23.

Θ Κ
ΡѠϹΚΙΑ ЄΡΜΙ
ΟΝΙ . ЄΖΗϹЄ
ΕΤΗ . Α ΖѠϹΙ
ΜΟϹ ΕΙΔΙΑ ϹΥΝ
ΒΙѠ ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

D. M.
Roscia Ermione vixit
Annis XXX. *Zosimus suae Uxori Memoriae ergo.*

XLVIII.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

RVBELLAE AEMILIATA
E. V. A. XXX. FECIT E RVB
ELLIVS BERILLVS PAT
RONAE IDEM CONIVG
B. M. F

XLIX.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D. M.
RVBRIAE SOZVSAE
VIX AN ↄ XXX
MREIRIVS DVBITATVS
VXORI KARISSIMAE

L.

Catanae.

Ibidem.

ϹΟϹΙΑ ΕΛΑΤΗ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΙ
ΑΦΡΟΔΕΙϹΙΟϹ
ϹΥΜΒΙΟΣ

Sosiae Elatae
Dulcissimae
Aphrodisius
Maritus.

LI.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

D . M
TERTVLLAE . CONIV
SVAE BENEMERENTI
FECIT . T . HELVIVS
ASTIVS . ET . SIBI

LII.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata, *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M
VEDIAE IOSIMI : : :
CAESERNIVS
SECVNDINVS
CONIVGI CARISSIMAE
BENE MERENTI
FECIT QVE MECV
VIXIT AN . XVIII :

LIII.

In Oppido Vicaris.

Urna Marmorea ex Gualterio n. 233.

MEMORIAE
VEGELAE
INFELICISSIMAE
QVAE . VIXIT . ANNIS
XXI . M . III . DIEB . XVII
PARTHENOPEVS
CONIVGI . DVL-
CISSIMAE

LIV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

DIS MANIBVS
VETVRIAE PRIMILLAE
VIXIT . AN . XXXX . FECIT
VETVRIVS PHILETVS
CONIVGI . SVAE . B M



CLAS-

CLASSIS XII.

Affectus Parentum, & Filiorum.

I.

Catanae.

In Museo Paterniono.

DIS MANIBVS
ACTE . FILIAE
PIISSIMAE
SECVNDVS
PATER
VIX . ANN . XIII

II.

Marsalae.

Ex Adversariis Bernardi de Anna exscripsit Anno 1765. Franciscus Tardia Mazariensis Ecclesiae Canonicus V. C.

D . M .
AELIAE . HILARE
QVAE . VIXIT . AN
XXVII . M . VIIII
DIES IIII
P . AELIVS EVTYCHES
FILIAE PIENTISSVMAE
SEPVLCHRVM FEC

III.

Panormi.

Ex Gualterio n. 195.

D . M
P AELIO P . F
VER : : : E . QV : : L .
ROM : : : : O . MA
PRIMA : : VIX . AN . XII . ME
S . X . D XXIII . P AELIVS . FELIX
PATER : : : L : : : OF MA
TER . FILIO PIENTISSIM
O . ET . DVLCISSIMO ET D
VLCISSIMO
FECERVNT

Pa:

IV.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini Cippus utraque parte inscriptus Roma advectus Anno 1775: Apographum habui a V. C. Salvatore Maria de Blasio ejusdem Monasterii Alumno, & Musei Custode.

D : M :

AELIAE . P . F . SABINAE DVLCISSIM
AELIVS TROPHIMVS ET LONGINIA
SABINA PARENTES FECERVNT
QVISQVIS ADES CELERI GRESSV PRECOR
ITO VIATOR . ITO PROCVL . ET LINQVE NEFAS
TIBI . DICO . VIATOR PARCE OCVLIS NEC NOSTRA
VELIS . COGNOSCERE . FATA . SANGVINEA
PALLA . QVAE TEXIT PRODIGA CLOTHO . ET
FAVIT RVPISSE SVAS QVOQVE FILA SORORES

Ejusdem Cippi pars alia.

LVCTIFICA PROPERANTE MANV IAM
SISTE VIATOR . NE TIBI SIM PENITVS QVAE
RENTI CAVSA DOLORIS SEDE SVB HAC
PARVA TRIVIO PARVOQVE TENETVR
PARVA : : : : IA DOLOR IMMENSVS CRV
DELI EQ : : : VS ORBATVSQVE
REDIS GEMINVS SPES DVRA TRIENNO
: : : RAQVE SORS LETI PLACET HOC FORTV
NA SEPVLCHRVM

Pluries editum Epigramma, quod olim teste Fabretto *Inscript. Domest.* cap. III. pag. 238. Romae erat apud Nobiles de Gotifredis, & inde cum aliis a Salvatore Maria de Blasio in sui Monasterii Sancti Martini Museum inductum, quia nunc in Sicilia exstat, hic quoque exhibetur. Exametros Versus, qui in eo continentur sequenti modo suppletos dedit Clariss. Petrus Burmannus Secundus in *Antholog. Veter. Latinor. Epigramm.* Vol. II. lib. 4. pag. 211.

Quis-

Quiſquis ades celeri greſſu, precor, ito Viator:
Ito procul, ſed linque nefas, tibi dico, Viator.
Parce oculis, nec noſtra velis cognoſcere fata,
Sanguinea Palla quae texit pravida Clotho,
Et favit rupiſſe ſuas quoque fila ſorores.

Luctifica properante manu jam ſiſte, Viator,
Ne tibi ſim penitus quaerenti cauſa doloris,
Sede ſub hac parva, titulo parvoque tenetur.

Parva anima, dolor immenſus, crudeleque funus!
Orbatuſque Parens geminus, ſpes dura trienni
Diraque ſors leti! placet hoc, Fortuna, ſepulchrum.

V.

Neti.

Penes Antonium Aſtuto Baronem Fargionis, Lapis erutus in Feudo Scirifottano *prope Licodiam Anno* 1778.

ΛΑΝΘΑΝΟΥΣΑ ΚΑΙ ΑΓΑΘΗ – ΧΡΗ
ΣΤΗ ΚΑΙ ΑΜΕΜΠΤΩΣ' ΕΖΗΣΕΝ ϭ
ΕΤΗ ϛ . Β' ΜΗΝΕΣ Δ ΕΤΙ ΚΑΙ – Γ – ΕΠΟΙ'
ΣΕ ΔΕ ΘΥΓΑΤΗΡ ΙΔΙΑ ΜΗΤΡΙ ΕΥΣΕΒΗ
ΕΙΠΙΣ ΔΕ ΤΑΥΤΗΝ ΗΔΙΚΗΣΕΝ ΚΑΙ ΕΜΕ
ΕΛΥΠΗΣΕΝ ΜΗ ΛΑΘΩΙΤΩ ΤΩΝ ΘΕΩΝ

Condita etiam Agatha pro-
ba & irreprehenſibilis, vixit
Annos LXXII. *Menſes adhuc etiam* III. *Po-*
ſuit autem Filia propriae Matri religioſum (ſive
pium) ſupple Tumulum ſive Monumentum
ſi quis autem hunc laedit, etiam me
contriſtat. Ne latuerim ob hoc Deos.

Epigraphes haec aut pars longioris Inſcriptionis fuit, aut titulus poſitus alicui ſepulchro, in quo alia Cadavera condita fuerant; verba enim illa Λανθάνουσα καὶ Ἀγαθὴ. *Condita etiam Agatha* indicant Monumentum hoc poſitum fuiſſe non uni ſolae defunctae, & nomen alterius, ſive aliorum cum Marmoris parte ſuperiore periiſſe, vel potius dicendum in eadem Cella plures fuiſſe ſepultos cum cuique peculiari Epitaphio, & ita particula illa conjunctiva καὶ conveniens dat Marmori ſenſum, quaſi in eo dicatur. *Etiam hoc in loco condita eſt Agatha proba &c.*

Notandum hoc in Marmore perpetuo literam Σ inverſe inſculptam fuiſſe eodem modo, quo obſervatur in aliquibus Syracuſanorum Numis, quos habes in opere *Sicil. Veter. Nummi* Tab. LXXVIII. n. 4. & 5.

VI.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuſtrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

P . ANCITIO . P . F
QVI . VIXIT . ANNIS
VII . ET . DIEBVS VII
CVIVS FVRIBVNDAE RV
PERVNT . FILA . SORORES
CVIVS . FVNVS . MISERI . V
IDERE . PARENTES . ANCITIA
FORTVNATA . ET . CORNE
LIVS NEPTVNALIS . FILIO
DVLCISSIMO . FECERVNT

CVIVS FVRIBVNDAE RVPERVNT FILA SORORES. Certè hìc agitur de notiſſima Parcarum Fabula, cui ignarus vulgus inter Ethnicos tamquam veritati fidem praeſtitit. Expreſſit eam pluries inter ſua Monumenta Vetuſtas, eaque fere omnia huc uſque detecta collegit Petrus Zornius, ediditque in Diſſertatione, cui titulus: *Fabula Parcarum ex Antiquitatibus Oriental. & ex Nummis illuſtrata*, impreſſa in Vol. III. par. I. *Miſcellan. Lipſienſ. Nov.* Menkenii. In Caſertano Marmore edito a Guilelmo Fleetwodio in *Sylloge Veterum Inſcrip.* Londini impreſſa 1691. pag. 229. legitur:

APOLLONIA . QVAE . VOCITABATVR
LAPIDE . HOC . INCLVSA . QVIESCO
IPSO . MIHI . FLORE . IVVENTAE
RVPERVNT . FILA . SORORES . &c.

VII.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

D . M
ARESCVSA MA
TER SOTERIDI
FILIAE . B . M
VIXIT ANNIS
N . XXIII .

VIII.

Meſſanae.

Ex Gualterio n. 18.

ARISTO . CLAVDIAE
ARISTENI . MATRI
SVAE . BENEMERENTI
FECIT. VIX. AN. L. VII.

IX.

Catanae.

Ex Gualterio n. 63.

D . M . S
L . ARR . LOCISMVS FECIT FILIAE
MEN . VIII . D . XVIII . ET . ARR
PROTIONI . AMICO . VIXIT . ANN
XXV

X.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

D . M
ASCLEPIACI
VIX . ANNIS XV
MENS . III . DIEBVS XVI
DVO VIBI PRIMITIVOS
ET PRIMITIVA PARENTES
FILIO PIENTISSIMO
ET OTACILIAE PRIMITIVAE BENE
MERENTI OTACILIVS FORTVNATVS
VERNA ET LIBERTVS

Ca-

XI.

Catanae.

In eodem Museo.

D . M
M . AVRELIO
AGATYRSO
AN . XXI . A
M . V . DI . V .
FECI : : :
Q . CORNELI
VS ARTEMO
FILIO BENE
MERENTI

XII.

Catanae.

Ibidem.

DIIS M . S .
AVRELIVS . ONESI
MVS . ET . AVRELIA
NICE FECIT . FILIAE
AVRELIAE . ONESIM
E . VIX . A . I . M . III
D . XVI
H . VIII .

XIII.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

D . M . S .
L . CASSIVS
HERMES
OPTIMVS
VIRORVM
VIX . ANN . LX
IIII . F . P . P . M .

F. P. P. M. *Filius posuit Patri merenti.*

XIV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M . S
CE . PA . RI . VS
NYM . PHI . DI . A
NVS . VI . XIT
AN . NIS . XXXIII
MATER . PHE . CIT

Notantur in hoc Lapide interpunctiones ad omnes fere syllabas; de quo scribendi more vide quae uberius notavit Antonius M. Lupius in *Dissert. de Severae Martyr. Epithaph.* cap. x. pag. 67.

Tau-

XV.

Tauromenii.

Ex Sylloge Veter. Sicular. Inscript. edita ad calcem Siculorum *Jac. Phil. Dorvillii pag.* 575.

Θ ΚΙ
ΧΑΙΡΟΙCΑ ΑΙ
ΕΙ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΖΗCΑCΑ ΕΤΗ : : :
ΠΑΤΗΡ Ι : : : : :
ΓΑΤΡ : : : : : : :

D. M.
Chaerisa sem-
per dulcissima,
quae vixit Ann : :
Pater : : : : : Fi-
liae : : : : : : : :

XVI.

Catanae.

Ex Gualterio n. 232.

D . M . S
T . CLATIVS . HE
RESISTRATVS
VIX . ANN . XII
PATER . FECIT

XVII.

Catanae.

Ex Gualterio n. 38.

D . M . S .
CLAVDIA . CESTIA
VIX . ANN . XXVIII
SVTORIA PRIMIL
LA . FILIAE . PIISSIMAE

XVIII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M
CLAVDIAE EVTYCHIAE
VIXIT . ANNIS . XIIII
CLAVDIA . HYGIA
FILIAE
: : : SIMAE FECIT

XIX.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini Marmor Roma advectum.


DIS MANIBVS
TI CLAVDII
ANTIOCHI
VIX . ANN . XXI
ENNIA
QVARTILLA
FILIO CARISSIM

Invenies hoc Epitaphium apud Muratorium in *Thesaur. Veter. Inscript.* pag. MCLI. n. 5.

XX.

Panormi.

In Praetorio.


: : : ODIAE SEX . F
: : GRAVILIAE
: : : LODI . CASII
: : CLOD . HERMADON
: : FILIAE DVLCISSIMAE
D . D .

Ca-

XXI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M
C . CLODI . HERMAISCI
SERVANDVS ET
ZOPIRA
PARENTES

XXII.

Catanae.

In eodem Museo.

D . M .
COCCEIA
IRENEI F
MATRI
BEN . M . F

XXIII.

Marſalae.

Ex Gualterio n. 137.

C . CVRTIO
THREPTO . FILIO
C . CVRTIVS . THREPTVS
PATER . L . D . D . D

XXIV.

Thermis.

Ex Gualterio n. 250.

PARENTIBVS
CN . DOMITI . PISO
LOCVS . PVBLICE . D : :
IN . FRONTE . P . X .
: : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : :

XXV.

Syracuſis

Ex Gualterio n. 96.

DIS MANIBVS
EVANGE
VIXIT . AN
VIIII
THYCHICVS
VIXIT . AN . VI
THYCHE
MATER FIL
PIISSIMIS
FECIT

XXVI.

Catanae.

Ex Clariſſ. Muratorii Novo Theſauro Veter. Inſcript. *Vol.*II. *Claſ.*XVII. *pag.*1162.

CN . FABIVS . FELIX . ET
ANTONIA . SYMPHORV
SA . MAT . GN . FABIO TI
TIANO . F . VIX . AN : : :

XXVII.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

D . M . FAVENTINVS
ET AGATHNICE
DEVTERAE FILIAE
CARISSIM . QVAE VIX
ANNVM . I . M . VIII
DIEB . III . SIB . ET
SVIS POSTERORVM (*ſic*)

XXVIII.

Catanae.

Ibidem.

DIS
MANIBVS
: : ELIX FILIO
ET COLLIBERT
SVIS

XXIX.

Catanae.

In eodem Museo;

DIS
MANIB
❧ FELICIS
V. A. III. M. VIII
PARENTES
POS

XXX.

Catanae.

Ibidem;

FL. SABINAE FILIAE DVLCI
SIMAE T FL GIGANS PAT
ER IVL. BASSILICI

XXXI.

Catanae.

Ibidem;

D. M
FVRIA ANTHS FVRIÆ
MATRI PIENTISSIME
BENEMERENTI FEC
SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTAB. POSTERISQ
EORVM

XXXII.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

Θ Κ
ΓΑΛΑΤΗΣ
ЄΖΗϹЄ ЄΤΗ
Π ЄΠΟΙΗ
ϹЄΝ ΥΙΟϹ
ΠΡΙΜΙΓЄΝΗ

D. M.
Galates
Vixit Annis
LXXX. posu-
it Filius
Primigenius;

Ca-

XXXIII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M .
GAVIAE
EVTHICHIDI
QVAE VIX . A . V
FELICIO ET
FELICVLA PARE
NTES FECERVNT

XXXIV.

Panormi.

Ex Gualterio n. 222.

HELENA
NVC . PEC
PATRI . BENEMERENTI

XXXV.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

Θ K
ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΙΤΙΑ ΕΖΗΣΕΝ
ΕΤΗ Ζ̄ ΜΗΝΑΣ Γ̄ ΗΜΕΡΑΣ Ε̄
ΓΟΝΕΙΣ ΕΠΟΙΗΣΑΝ

Diis Manibus
Julia Domitia vixit
Annis VII. *Mens.* III. *Dieb.* V.
Parentes posuere.

XXXVI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M .
C . IVLIO . C . F . EPAPHRODITO
V . A . XXII . C . IVLIVS HELIVS
PAT . ET IVLIA CLYTEMI
FIL . OPTIMÆ FECER
ET SIBI POSTERISQV SVIS

XXXVII.

Ibidem.

Θ K I
ΙΖΩΤΙΚΟΣ ΠΑΤΗΡ
ΙΔΙΩ ΤΕΧΝΗ . ΜΝΗ
ΜΗΣ ΧΑΡΙΝ ΕΠΟΙΗ
ΣΕΝ ΟΣ ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ
K H

D. M. S.
Izotichus Pater
proprio Filio me-
moriae caussa fe-
cit, qui vixit Annis
XXVIII.

XXXVIII.

Ibidem.

LICINIA CRESCENTI
NA SEIAE CORINTHI
ADI FILIAE

Ibi-

XXXIX.

Ibidem.

D . M
P . LICINI EVTYCHI
QVI . VIX . AN . III. M. VII.
D . XVIII . P . LICINIVS
EVTYCHVS . ET . AN
TONIA . NICE . PAREN
TES . FILIO . DVLCISSIMO
B . M . F

XL.

Ibidem.

D . M
M . LIVIVS PA
EDEROS . PERA
TAE FILIAE . L

XLI.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

D . M
M . LOLLIO . IVNIANO . FECIT . VICTORIA
MATER . INFELICISSIMA . FILIO . DVLCISSIMO
QVI . VIXIT . ANNIS . XVIIII . MESIBVS . (*sic*) QVIN
QVE

XLII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

DIS . M . P . MAMMI
VS FORTVNATVS VIX
ANNIS LXX MIINSIBVS
VIII DIIIBVS IX HORIS III
ARIILLIA FIILICLA PA
RIINTI SVO BIINIIMII
RIINTI FIICIT

Notandum hoc in Lapide semper pro E litera binas subrogatas esse I, ita ut pro MENSIBVS legatur MIINSIBVS, pro DIEBVS DIIIBVS. &c. cum tamen aliquando in Lapidibus pro Latina E litera Graecorum H viderim usurpatum, quemadmodum invehies infra Clas. XIII. n. II. suspicio mihi suboritur hic non duas I esse; sed Graecorum literam H.

XLIII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

P . MEMMIVS
AMIMETVS
FECIT SIBI ET
MEMMIAE
APALENI MATRI
ET SVIS OMNIBVS
POSTERIS

Ther-

XLIV.

Thermis.

Ex Gualterio n. 270.

MODIA
NOM : : : : : :
HIC . SITA . EST . VIX
ANNOS : : : : : :
PIA . MATER

XLV.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata, *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M . S
: : : ATIAE DORI
: : : V . A . XX . NICE
: : : PATER FILIAE
: : : SSIMAE

XLVI.

Liparae.

Ex Gualterio n. 355.

D . M
MVNATIAE
PAVLLAE
LATERNINA
QVINTA MATRI
PIISSIMAE

XLVII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini Lapis Roma advectus.

DIS MANIBVS
I . NONIO QVETO
V . A . VIII . M . III . D VI
NONIA QVETE
MATER
FILIO DVLCISSIM
FECIT
IVLIVS VITALIS LOCV̄
ET ARA DON

XLVIII.

Thermis.

Ex Gualterio n. 276.

PACILIAE CNE
V . A . II . M . II . D . XX
VETERANVS ET
APOLAVSTE . PAR

XLIX.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

D . M .
PETRONIAE GENIALI
VIXIT . ANNIS XIII
MENSIBVS IIII DIEBVS V . FEC
M . LICINIVS FELIX PATER
FIL DVL ET OCTAVIA EVODIA
ALVMNAE . BEN . ME . FEC

L.

Catanae.

In Aede Senatus.

D . M . S
P . PHONTEIVS : : : :
C . F . MILLION : : : :
MENS : : : PHONTEI
A MERCATILLA FIL
PIISSIMO FECIT

LI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M
C . POSTVMV
LENVS INCE
NVVS ET TVC
CIA TROPHI
ME PARENT
ES POSTVMV
LINAE INGE

LII.

Ibidem.

D . M
PRIMIVA
MATRI DVLCI
SIMAE FECIT

LIII.

In Oppido Centuripae.

Ex Gualterio n. 331.

QVINTA : : : :
VIXIT . ANNOS : :
COPIA MATER
FECIT

Centuripinorum Civitas, ad quam Marmor spectat, inter magni nominis Siciliae Urbes olim fuisse neminem latet; plures enim veteres Scriptores, & praesertim M. Tullius illustria de ea protulerunt testimonia, quae ex ingentibus priscae ejus magnificentiae reliquiis, quae adhuc supersunt, mire firmantur. Nil hodie veteris servat splendoris; Oppidum est enim, in quo Incolae haud tam multi habitant, *Centorbi* dictum. Exstat prope Aetnae Montem, & Adranum, ad Catanensis Episcopatus Dioecesim pertinens,

LIV.

Catanae.

Ex Gualterio n. 13.

Θ K
ΚΟΥΙΝΤΟϹ
ΒΙΩϹ ΕΤΗ
ΙΔ ΚΟΠΡΙΑ
ΜΗΤΗΡ ΕΠΟΙ
ΗϹΕΝ

D. M.
Quintus
Vix. Ann.
XIV. *Copria*
Mater posuit.

ἘΠΟΙΗϹΕΝ. *Posuit*: male hoc verbum exscriptum dedit Gualterius hoc modo ΕΝΘΙΗϹΕΝ. quod corrigendum duxi.

Ur-

LV.

Urbini.

Ex Raphaelis Fabretti Inſcript. Domeſt. *cap.* III. *pag.* 203.

D . M
M . RAECIVS ROSCIVS
CLODIANVS . SICVLVS
SYRACVSANVS
HOMO . BONVS . ET . PIVS . VIXIT
ANNIS . LXXIV . DIEB . XLIII
CLODIA. ROSCIA. F. F. PIO. PATRI

LVI.

Catanae.

Ex Petri Carrera Monum. Hiſtoricis Catanae *lib.* III. *cap.* 12. *pag.* 198.

: : : M . S . M . S
: : : NTELVS SELEVCVS
: : : ANN . XIII . M . VIII . P
: : : NTELVS SELEVCVS PAT
: : : PIO . ET SIMBOLICO
: : : POTI EIVS VIX. AN. XVI
: : : M . VII

LVII.

Catanae.

Effoſſa Anno 1768. *& in Muſeo Paterniono ſervata*.

D . M . S .
: : : : SEXTILI . SEVERI
P . SEXTILIVS STEPHANIO
PATRI PIISSIMO
VIXIT ANNOS LX

LVIII.

Marſalae.

Ex Clariſſ. Muratorii Novo Theſauro Veter. Inſcript. *Claſ.* XVIII. *pag.* 1279. *n.* 10.

DIIS MANIBVS
P . STATIO . MARIO . PAT . STA
TIVS . ARGVTVS . ET . SIBI
ET . SALVIAE . C . F . FELICVLAE. VXORI
POSTERISQVE SVIS . L . D . D . D .

P. STATIO. MARIO. PAT. *Publio Statio Mario Patri &c.*

LIX.

Catanae.

Ex Gualterio n. 64.

ΚΟΥΙΝΤΟΣ ΣΟΣΣΙΣ
ΚΑΙ ΠΕΤΡΟΝΙΑ
ΣΟΣΣΙΑ ΧΕΙΑ
ΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ ΖΗΣΑΣΗ
ΕΤΗ . I . ΗΜΕΡΑ . Κ . Β

Quintus Soſſis,
& Petronia
Soſſia Chia
Filiae, quae vixit
An. X. *Dieb.* XXII.

Voci ΘΥΓΑΤΡΙ, quae eſt in quarta linea, praecedit articulus TH nexu duarum literarum expreſſus; pariterque alio literarum nexu prima ejus ſyllaba ΘΥ fuit exarata; quae ſi animadvertiſſet Clariſſ. Vitus M. de Amico in *Catanae illuſtr.* Vol. III. lib. X. cap. 5. haud tot erroribus refertum hoc Epitaphium retuliſſet.

LX.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

D . M
P . Ɛ CLARI
QVI VIX . AN
VII . P . Ɛ . MER
CVRIVS . F . B

Ca-

LXI.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuftrata. *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 2.

D . M . S
TYCHE VIXIT ANNIS
XIIII . MENS . III . DIEBVS XXI
PARENTES FECERVNT

LXII.

Catanae.

In Mufeo Paterniono.

D . M
M . VALERIO . C . F
MESSEANO . NAT
ERISAO . V . A XVIIII
C . VALERIVS MESSOR
PATER FILIO FACI
ENDVM CVRAVIT

NAT. ERISAO. Si Patrium hoc, aut Regionis, aut Oppidi eft nomen, apud nullum Geographum certe illud invenies. Legerem potius FRISAO, five FRISIO, quemadmodum apud Gruterum pag. 532. n. 6. habetur AVR. VERO. EQ. SIN. AVG. NAT. FRISEO. &c.

LXIII.

Panormi.

Ex Gualterio n. 297.

D . M
M . VIRGINIO
POMPEIO . FIL
BENEMERENTI
VIXIT . ANNIS . XXV
POMPEIA
ATTILICIA . MATER


LXIV.

Neti.

Penes Antonium Afiuto Baronem Fargionis Marmoreus Sarchophagus.

D . M .
VOLVSIA LONGINA Q .
ET DIONYSIODORA QVE
ANN. V. M. IIII. D. XVIII FEC
DIONYSIODORVS
LONGINVS PATER FIL .
DVLC .

Binominis fuit haec Puella, nam in Marmore habetur *Volufia Longina quae, & Dionyfiodora.*



CLAS-

CLASSIS XIII.

Affectus Fratrum, & Sororum.

I.

Catanae.

In Museo Paterniono.

AEMILIAE
CLENENTILLA
E D AEMILIVS
CLENE :::: MELISSA
PARENTES . ET
ÆMILI ERRV
MILLA SOROR

II.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

M . ANTONIVS, AGATHOPVS
FECIT ❧ SIBI, ET
ATELLIAE, PRIMIGENIE,
SORORI, SVAE, CARISSIMAE,

III.

Panormi.

Ex Gualterio n. 186.

: : : : : : : : : : :
OSI : : : MVS
ATHNISION
SOROR BHNH
MHRHNTI
FHCHR

BHNHMHRHNTH FHCHR. Perpetuo in hoc Epitaphio Graecorum litera H, E Latinorum vices praestat, quod & notatu arbitror dignum; hoc enim iis favet, qui in pronunciatione Graeci Idiomatis H faciunt E. Res non caret exemplo. Vide Clariss. Maffeji *Museum Veron.* pag. 258. n. 3. in quo Marii cujusdam Epitaphium refertur, ubi in ultimo versu *Te lapis obtestor leviter super Ossa residas* semper H literae E vices praestat. In praecedenti Classe n. XLII. Mammii Fortunati relatum est Epitaphium, in quo E literae binae subrogatae sunt I.

IV.

Panormi.

Ex Marquardi Gudii Collect. Veter. Inscript. *pag.* 213. *n.* 2.

CIRCENIAE FELICITAT
VIX . ANN . XXVIII . M . X
D . XXV
M . CIRCENNIVS . CALLIDVS
NEGOT . PANORM . SORORI
SVAE . CASTISSIMAE . POS
L . D . I . CIVIL

V.

Panormi.

Urna Marmorea in Museo Regiae Academiae.

FORTVNATI

FRATRI

PIENTISSIMO

FECERVN

SORORES

VI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . M

M . GAVI MARCIA

NO T FLAVIVS

HERMES FRATRI

B . M

VII.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.

PROVINCIALIS VIXIT ANNOS VI

ET DIES XXXX. TVSCVLANVS VIXIT

ANNOS III ET DIAE I FRATRES

VERNAE CLODI ;

PROVINCIALIS. Nomen Viri, quemadmodum & PROVINCIA nomen Mulieris legitur in Lapide inter *Monumenta Kempiana* edit. Londini 1720. pag. 42. n. 28.

PROVINCIAE VIXIT ANNIS XVIIII. &c.

VIII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

D . ❦ M

THEOGENES

VIX . AN . XIIII .

VNION . ET . EARI

NVS . FRATRI

DVLCISSIMO

FEC

VNION. Graecum nomen Viri, quod etiam legitur in Cyziceno Marmore Regiae Parisiensis Academiae edito à Nobilissimo Comite de Caylus in *Collect. Antiquitat.* Vol. II. Tab. LXXV. ΕΠΟΙΗΣΕ ΦΙΛΙΗΣ ΧΑΡΙΝ ΟΥΝΙΩΝ. *Posuit amicitiae in gratiam Union.*

IX.

Mistrettae.

Marmor olim Anno 1712. in Agro ei proximo inventum, misit Benedictus Giaconia Mistrettensis S. T. P.

D . M

L . TITIENO


VIX . AN . XXXVI

AVR . TITIA

FRATRI B . M . F .

Mistret-

Miſtretta, e cujus finitimo Agro hoc Marmor Anno 1712. fuit effoſſum, Civitas eſt Regia in Valle Nemorum Cephaloeditani Epiſcopatus ad Dioeceſim pertinens. Ejus maxima eſt vetuſtas; originem enim trahit ab antiquo *Ameſtrato*, Oppido quondam munitiſſimo, quo tempore de Siciliae dominatu inter Romanos, & Carthaginenſes decertabatur: cujus in proximo impendenti colle non exigua adhuc exſtant veſtigia. Fuſius de eo ſcripſere Thomas Fazellus *De Reb. Sicul.* dec. 1. lib. x. cap. 1. Phil. Cluverius *Sicil. Antiqu.* lib. II. cap. 12. & Vitus M. de Amico in *Lexic. Topograph. Sicul.* Vol. III. p. 2. pag. 62. Ejus nomen diverſimode nonnulli e Veteribus ſcripſere, Cicero tamen *Orat. in Verrem* Act. II. lib. 3. cap. 43. dixit illud Ameſtratum. *Calactinis quomodo imperaſti anno tertio, ut decumas agri ſui, quas Calactae dare conſueverant, Ameſtrati M. Caeſio Decumano darent*; ejuſque Cives Ameſtratinos paulo ante cap. 39. eadem in oratione vocaverat. *Ameſtratinos Homines tenues &c.* Quae Tullii denominatio mire firmatur a numquam alias viſis, & nuper detectis ejuſdem Civitatis, ſive Oppidi Nummis, quibus eſt inſcriptum ΑΜΗΣΤΡΑΤΙΝΩΝ. Vide Tabulam Nummorum huic Operi praefixam, in qua ſignatos n. XXVI. & XXVII. duos Ameſtratinorum Nummos meo e Cimelio depromptos, & ex Archetypis fideliter delineatos exhibeo, eoſque pariter cum aliis invenies in Opere *Siciliae Popul. & Urb. veter. Nummi* &c. Tab. XV.



CLASSIS XIV.

Inſcriptiones Sepulchrales diverſae.

I.

Thermis.

Ex Gualterio n. 279.

D ❧ M
ACILIA ❧ M F CRIS
PINA ❧ V ❧ A ❧ II ❧
M ❧ VII ❧ D XV

II.

Panormi.

Ex Gualterio n. 193.

D . M
P . AELI PII QVI VI
: : : : : : : : : : : : :
. : : : : : : : : : : : :

III.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuſtrata *Vol.* III. *lib.* x. *cap.* 2.

D . M . S
AEMILIVS
PRISCVS
VIX . ANN . II .
MENSIS II
DIES IV

IV.

Gelae.

Ad Sepulchrum Aeſchyli. Ex Plutarchi Comment. De Exilio.

ΑΙΣΧΥΛΟΝ . ΕΥΦΟΡΙΩΝΟΣ . ΑΘΗΝΑΙΟΝ . ΤΟΔΕ . ΚΕΥΘΕΙ
ΜΝΗΜΑ . ΚΑΤΑΦΘΙΜΕΝΟΝ . ΠΥΡΟΦΟΡΟΙΟ . ΓΕΛΑΣ
ΑΛΚΗΝ . Δ' ΕΥΔΟΚΙΜΟΝ . ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝ . ΑΛΣΟΣ . ΑΝ . ΕΙΠΟΙ
ΚΑΙ . ΒΑΘΥΧΑΙΤΗΕΙΣ . ΜΗΔΟΣ . ΕΠΙΣΤΑΜΕΝΟΣ

Euphorione Patre, & Patria Aeſchylus ortus Athenis,
Mortuus ad laeti conditur arva Gelae.
Virtutis ſpecimen, Marathonie campe, fateris,
Atque experte tuo, Mede comate, malo.

ΑΙΣΧΥΛΟΝ ΕΥΦΟΡΙΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΝ. *Aeſchylus Euphorionis Filius Athenienſis.* Aeſchylus Tragicus genere Athenienſis, filius fuit Euphorionis; Tragoedias ſcribere admodum juvenis incepit, atque eos, qui praeceſſerant longè hoc in genere ſuperavit. Natus Olympiade XL. aequalis fuit Pindaro. Militiae nomen cum dediſſet, interfuit Praelio ad Marathonem commiſſo, navali pugnae ad Salaminam, & pedeſtri ad Plateam contra Perſas; hinc in Epitaphio dicitur: *Virtutis ſpecimen, Marathonie campe, fateris, atque experte tuo, Mede comate, malo.* Ad Hieronem poſtmodum Gelae, & Syracuſarum Tyrannum ſe contulit, quod ab Athenienſibus poſthabitus, & a Sophocle, admodum juvene, in Comoediis ſcribendis victus fuerit: at ſecundum alios, quod a Simonide, elegiaco quodam Carmine in eos, qui ad Marathonem occubuerant, ſuperatus; cumque tres apud Hieronem exegiſſet Annos, ſexaginta & quinque natus Gelae obiit ab Aquila interfectus, quae Teſtudinem in illius caput illiſit. Mortuum Geloi, ſumptuoſe inter publica eorum Monumenta ſepelientes, magnifice honorarunt, Epitaphium hoc, de quo agimus, inſcribentes. Lachrymabile hoc Aeſchyli fatum perbelle caelatum eſt in quadam Gemma vitrea, quam olim poſſidebat V. C. Philippus Stoſchius; in ea enim conſpicitur Aeſchylus jam ſenex, & calvus ſcamno inſidens, & cyathum ori admovens, advolat Aquila ſupra caput Senis, teſtudinem in ſublime portans. Hanc Gemmam edidit eruditiſſimus Joannes Vinckelmannus Romanarum Antiquitatum Praefectus in Opere Romae impreſſo Anno 1767. cui titulus: *Monumenti antichi inediti ſpiegati, ed illuſtrati* Vol. 1. Tab. 167.

V.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.


Θ ❦ Κ ❦
ΑΓΑΘΟΠΟΥ ΧΡΗ
CΤΕ ❦ ΧΑΙΡЄ
ЄΖΗ : : : : : : :

D. M.
Agathope bo-
ne ſalve
vixit : : : : :

VI.

Panormi.

Ex Gualterio n. 205.



Ca-

VII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

L . ALLIO ROMANO
LOCVS CONCESSV ET
ANTONIA CESTIИI

VIII.

Syracusis.

Ex Gualterio n. 92.

ΑΛΦΙΑ . ΣΟ : : :
ΡΙΣ . ЄΖ : : :
: : : : : : : : : :

Alphia So : : :
: : : vixit : :
: : : : : : : :

IX.

Catanae.


Ex Viti M. de Amico Catana illustrata
Vol. III. *lib.* X. *cap.* 2.

: : : : : M : : : : : : : :
: : NTONIA . FORTVNA
: : CIT PATRONAE . SVAE
: : ENE . MERENTI
: : : HERACLIAE
: : : ET SIBI ET SVIS

X.

Mazarae.

Ex Gualterio n. 126.



XI.

Syracusis.

Misit Caesar Comes Cajetanus.

Θ Κ
ΑΦΡΟΔΙCΙΑC
ΔΙΟΝΥCΙΟΥ
ΚΑΙ . ΦΙΛΙCΤ : : :
ΜΗΤΗΡ : , : : : :
ΖΗCΙC : : : : : : :
: : : : : : : : : : : :

D. M.
Aphrodisia
Dionysii
Et Philistidis (aut) *Philistionis*
Mater : : :
Vixit : : :
: : : : : : :

Mes-

XII.

Meſſanae.

Ex Clariſſ. Muratorii Novo Theſauro Veter. Inſcript. *Claſ.* xv. *pag.* 1060. *n.* 6.

ΤΟΝ . ΤΑΦΟΝ . ΚΑΤΕΣΚΑΥΑΣΑΤΟ . ΑΡΧΕΔΗΜΟΣ
ΡΟΜΑΠΠΙΟΥ . ΕΑΥΤΩ . ΚΑΙ . ΤΗ . ΓΥΝΑΙΚΙ . ΑΥΤΟΥ
ΜΑΚΑΩ . ΑΜΑΡΟΥ . ΚΑΙ . ΤΟΙΣ . ΤΕΚΝΟΙΣ . ΚΑΙ . ΤΩΝ . ΤΕΚΝΩΝ
ΤΕΚΝΟΙΣ . Κ ΑΝ . ΔΕ ΤΙΣ . ΘΑΝΗ . ΚΟΙΝΩΦΕΛΕΙΣ . ΤΩ
ΜΥΡΕΩΝ . ΔΗΜΩ . ΚΑΙ . ΤΗ . ΠΕΡΙ . ΔΙΟΣ . ΟΥΣΗΣ
ΠΑΝΤΙ . ΤΩ . ΗΜΙΣΕΙ

Sepulchrum conſtruxit Archedemus
Rhomappi Filius ſibi , & Uxori ſuae
Macao Amari F. & Filiis , Filiorumque
Filiis . Quod ſi quis moriatur communiter utilis
Myrenſium Populo : : : : : : : : : : : : : :
Toto Sepulchri dimidio fruatur .

ΜΥΓΕΩΝ ΔΗΜΩ. *Myrenſium Populo*. Myra olim celebris Liciae Urbs, nunc ut creditur, *Strumita*.

XIII.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

D . M
ARRIA : : : : :
VIX : : : : : : :
ARRIVS : : : :
CHAN : : : : :

XIV.

Panormi.

Ex Gualterio n. 183.

: : E VIVI COMPARA : : : : : T : : : : :
: : L . VALENTINA . ET . ASSYRIVS
CHARITO . ET LIBERT . LIBERTAB . POS
TERISQVE . EORVM . IN FRONTE . PED . . XI
IN AGRO PEDES XIII NE POST ALI
QV AVT BENDANT . AVT DONET .
ITEM ARIOLA PERTINENTE AT
MONVMENTVM PEDES XII . PER . X .

Ca-

XV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

DIIS . MANIBVS
M . ATINIO
ONESIMO

XVI.

Panormi.

Ex Gualterio n. 204.

D . M
M . AVRELIVS
ERMEROS . M . A
CALLINICO . PA
TRONO . OPTI
MO . B . M . F .

XVII.

Panormi.

Ex Gualterio n. 181.

AVGVSTA
FL . V . BILIS



In quadam Figulina, quae est in Museo Monasterii S. Martini legitur DO : : PRAED. CAESA. N. C. AQVILIA. P. BILIS. Vide eam in Classe XVI.

XVIII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

M . AVRE . I . MER
CVRIVS . IVI . C
F M L . NAE . C .
K . BNEQ VA . X
L. MI. D. X. V. I. TMI
DIA ESEC
VA C . S . XII .

XIX.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena. Misit Anno 1761. Abbas D. Vitus M. de Amico Vir antiquaria eruditione clarissimus.

AYPHΛIO
C PECTOYTOC
KAI ZѠCIMH
HΓOPACOMEN
: : KTѠN IΓEѠIN
: : NEN BACIN

*Aureli-
us Restutus ;
& Zosima
emimus
de pro-
priis : : :*

Xx Mes-

XX.

Messanae.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ·
ЄΥΤΥΧΗϹ ΤΟΙϹ ΚΑΤΟΙ
ΧΟΜЄΝΟΙϹ ΜΝЄΙΑϹ ΧΑΡΙΝ
Θ Κ
ΚΥΖΙΚΟϹ ΗΝ ΜΙΑ
ΠΑϹΙ ΠΑΤΡΙϹ ΚΑΙ ΜΟΙ
ΡΑ ΔЄ ΠΑΝΤΑϹ : ΩΛ : :
ϹЄΜΙΘЄΟΥϹ Ω Π :
ΡΟΔЄΙΤΑ ΜΙΑ : : : : : :
ΔΗΜΑϹ ΑΝЄ : : : : : : :
: : Τ : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : ΑΥΤΟϹ ЄΧЄΙ
ΠΟΘΗϹЄΝ ΚΑΙ : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : : :
ΤЄΙΞЄ ΑΥΓΡΟΙϹ ΟΜ
ΜΑΤΑ ΜΥΡΟΜЄΝΗ
ΟΥ ΤΟ ΚΑΛΟΝ ΚΟϹΜЄΙ
ΠЄΡΙΚЄΙΜЄΝΟΝ ΟΥΝΟ
ΜΑ ΤΥΜΒΟΥϹ · ΟΥ ΚΑΥΚΥϹ
ЄϹΘΗΜЄΙΝ ΚΑΝ ΦΘΙ
ΜЄΝΟΙϹΙΝ ЄΡΩϹ

Messanense hoc Marmor e schedis Alberti Piccioli sumptum bipartitum, pro ut in ipsis erat, ac si duae diversae Inscriptiones fuissent, & nonnullis erroribus deformatum ediderat primum Georgius Gualterius inter *Tabulas Siculas* pag. 6. n. 22. & pag. 7. n. 28. hac Latina ad ipsius inferiorem partem addita versione: *D. M. Aequalis fuit una omnibus Patria, & sors omnes eadem subripuit Semi-Deos : : · : o Viator una : : : ipse habet : : : desideravit & : : : fecit expiationem : : : : Non pulchrum ornat circumjacens nomen Tumulos non dulces sentium. Licet mortuis vivit Amor*. Quae cum ita interpretatus esset, firmane exinde Vir doctus non dubitavit in animadversionibus ad easdem *Tabulas Siculas* pag. 16. Marmor ipsum referri posse ad Pueros illos Messanenses.

de quorum naufragio in Siculo Freto, & immatura morte prolixa exſtat narratio apud Pauſaniam in *Veter. Graec. Deſcript.* Lib. V. ideoque maximae hoc antiquitatis eſſe Monumentum; quam ſententiam poſtea nimis credule amplexus Placidus Reina eam ipſam Lapidis partem cum iiſdem erroribus in Piccioli apographum inductis, tanquam Adoleſcentum illorum Epitaphium iterum evulgavit in Opere Italice ſcripto, & Anno 1658. impreſſo hoc titulo: *Notizie Storiche della Città di Meſſina &c.* Vol. I. pag. 162. quod & noſtris hiſce diebus etiam aequo animo adoptavit C. Dominicus Gallus in Opere edito Anno 1756. quod inſcribitur *Annali della Città di Meſſina &c.* Vol. I. lib. 2. pag. 34. Tutiorem tamen viam tenuit Clariſſ. Lud. Ant. Muratorius in *Novo Theſauro Veter. Inſcript.* Vol. II. Claſſ. X. pag. 748. qui Marmor in Gualterii Opere cum tot maculis deformatum vidiſſet, deſperatiſſimae intelligentiae illud eſſe ſtatuit, ſuam his verbis de hoc ſententiam proferens: *Sunt verſus infeliciter deſcripti, & meliorem quam ego Medicum expoſcentes.*

Non adhuc tamen Gualterii Opere e Typographeo liberato, inferior Lapidis pars a ſuperiore avulſa ad ipſius manus pervenit, eamque meliori cura exſcriptam dedit in earumdem *Tabularum Sicularum* Appendice pag. 101. num. 7. cum ſequenti Latina verſione. *Ipſe habet deſideravit, & praebuit : : : : Non pulchrum ornat cicumjacens nomen Tumulos non dulcis eſt nobis, licet mortuis, vivit Amor.*

Secundam hujuſmodi, & correctiorem, quam Gualterius dedit, extremae Lapidis partis editionem nec Reina, nec Gallus, neque Muratorius animadverterunt; non idem vero fecit Jo: Henricus Leichius, qui vexatiſſimae Inſcriptioni opem aliquam afferre cum ſtatuiſſet, non parum auxilii a poſtrema Gualterii diligentia ſibi obvenire expertus eſt, nam Vir Clariſſ. in inferiores novem Lapidis lineas, quae in Gualterii Appendice prodiere, quatuor metricos Verſus exaratos eſſe cognovit, quos paucis e ſuo penu additis verbis, & aliis leviter emendatis, ſequenti modo ad communem Graecorum ſcripturam redactos edidit in pag. 51. Tractatus, quem Lipſiae impreſſum dedit Anno 1744. hoc titulo: *Sepulcralia Carmina ex Anthologia M. S. delecta &c. accedunt ad Graecas Muratorii Inſcriptiones curae ſecundae, & novae emendationes.*

Αὐτός ἔχεις πόθεν ἦν καὶ τύμβον : : : : : :
Δάκρυσι τεῦξε λυγροῖς ὄμματα μυρομένη.
Οὐ τὸ καλὸν κοσμεῖ περικείμενον οὔνομα τύμβους,
Οὐ γλυκὺς ἔσθ' ἡμῖν κάν φθιμένοισιν Ἔρος.

& iis hanc Latinam verſionem applicuit:

Ipſe tenes unde eram, & Tumulum : : : : :
ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ ΙΩΑΝΝΙ ΠΑΤΡΙΚ S Β Α CΠΑΘΑΡΙΩ. *Domine opitulare Servo tuo Joanni Patricio, & Imperiali Protoſpathario.* Joannes Protoſpatharius ſub Conſtantino VI. & Irene inter primores Byzantinae Aulae Miniſtros inclaruit, & demum exul in Siciliam fuit miſſus, pro ut habetur ex Theophanis *Hiſtoria* lib. XXIII. De nota illa A, qua indicatur vox ΠΡΩΤΟΣ vide, quae uberius dicenda ſunt ad Sigillum Gregorii Protonotarii Siciliae, de quo infra ſub n. IX.

VII.

Catanae.

In eodem Muſeo.




Poſt obviam deprecationis formulam alias pluries explicatam, invenio in hac plumbea Bulla ΙΑΝΩ ΑΜΑΡΤΟ : : : ΥΠΑΤΩ; quae interpretanda cenſeo *Jano indigno Conſuli*, ſive *Conſulari*, ex quo mirari ſubit, laicum Hominem *Indigni*, ſive *Peccatoris* humilem notam ſibi in Sigillo aſſumere, quam Clericos, & Monachos paſſim in eorum ſubſcriptionibus, & Sigillis uſurpaſſe invenimus.

VIII.

Panormi.

In Muſeo Monaſterii Sancti Martini.




Et in hoc quoque Sigillo ex una parte ſolita deprecationis formula legitur, ex alia vero ΘΕΟΔΟCΙ : : : ΥΠΑΤ : : : *Theodoſio Conſuli*, ſive *Conſulari*.

IX.

Panormi.

Penes V. C. Dominicum Schiavo Panormitanae Eccleſiae olim Canonicum.



ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΥΠΑ S Ā ΝΟΤΑΡΙ CΙΚΕΛΙΑC. *Opitulare Domino Servo tuo Gregorio Conſulari, & Protonotario Siciliae.*

Ā ΝΟΤΑΡΙ꞉ CΙΚΕΛΙΑ꞉. *Protonotario Siciliae.*


ΠΡΩ-

ΠΡΩΤΟΣ vox, quae adjuncta Dignitatibus, earum primatum denotat, in Codicibus manuscriptis fere semper per A cum desuper transversa lineola Ā exprimi solet. In Epistolis Patriarchae Constantinopolitani legitur Epistola CCXLI. inscripta Theophani Diacono A ΝΟΤΑΡΙΩ. Item apud Photium A ΣΠΑΘΑΡΙΩΣ. *Protospatharius* A ΝΟΤΑΡΙΩΣ. *Protonotarius &c.* de quo vide ea, quae uberius notavit idem du Fresnius in Operis supra citati Vol. I. col. 1266. Hinc ex hac plumbea Bulla desumitur, Siciliam sub Graecis Imperatoribus proprium habuisse primi ordinis Notarium, *Protonotarii* titulo decoratum, quod munus, Saracenis imperantibus, aliquando suppressum, denuo Northmanni Principes inter primores Regiae Aulae Dignitates induxere, & usque adhuc, prisco retento splendore, inter praecipuos Regni Magistratus enumeratur, estque sui juris non solum cura electionis Magistratuum Civitatum, & Oppidorum Regii Demanii, & Tabellionum omnium totius Regni, verum etiam Leges, & Acta publica in tabulas referre, prout eruditissime notavit Vir summus Franciscus Testa Montis Regalis Archiepiscopus in *Differt. de Magistrat. Siculis* impressa in limine *Capitul. Regni Siciliae* edit. Panormi 1741. Vol. I. pag. XXIII.

X.

Panormi.

In Museo Regiae Academiae.




Praeter suetam aliorum Plumborum formulam deprecationis, quae est in una parte, legitur ex alia ΘΕΟΔΩΡΩ Β CΠ S ΧΑΡ CΙΚΕΛ quae rite interpretantur *Theodoro Imperiali Spathario, & Chartulario Siciliae*. Chartularii Ministri erant Imperatoris, custodiae Imperialis Archivii praepositi, qui publicos administrabant redditus, nec non & Judicis partes sustinebant. De his vide *Glossas Basilicas Graec. & Latin.* nec non & Caroli du Fresnii *Notas ad Historiam Joannis Cinnami* edit. Parisiensis 1670. ad lib. IV. pag. 452. De Chartulariis Siciliae plura notavit Joannes de Joanne in *Differt. de Magistr. Siciliae &c.* edita ad calcem *Codicis Diplomatici Siciliae* cap. IX. pag. 469.

XI.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.




In una Plumbi facie solitam deprecatoriam formulam invenio, in alia vero legendum censeo: ΙΩΑΝ ΠΑΤΡΙΚΙΩ ΒΣ CΠΑΘ S ΑΝΘΥΠ : : : : *Joanni Patricio Imperiali Spathario, & Proconsuli*.

XII.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.



Habet prima Plumbi facies solitam formulam deprecatoriam: ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ. *Domine opitulare Servo tuo.*, in alia vero literae partim sunt conspicuae, & partim penitus evanidae; hinc quae sequuntur tantummodo legi possunt : : : : ΑΝΩ : : : : ΤΗΡΗΤ : : : ΟΥ ΚΕΦΑΛΗΔΙΟ : : : :

ΑΝΩ

ΑΝΩ est desinentia nominis illius, ad quem Sigillum pertinebat, uti ΦΛΑΟΥΙΑΝΩ. ΜΑΡΚΙΑΝΩ. aut quid simile.


ΤΗΡΗΤ : : Τηρητη. Tali appellabatur nomine Custos ille, qui Servorum Operibus praeerat, prout notavit Carolus du Fresnius *Glossar. Graec.* Vol. II. pag. 1577. in alio plumbeo sigillo, quod infra exhibetur n. XX. legitur Γεωτηρητη.

ΚΕΦΑΛΗΔΙΟ : : : *Cephaloedium* vetus fuit Siciliae non ignobile Oppidum, de cujus Nummis, & Marmore Herculi facris superius dictum est in Classe I. pag. 5. Hodie Civitas est Episcopalis dicta *Cefalù*, exstat in Demanae Valle, & in septentrionali maritima Siciliae ora inter Panormum, & Messanam. Cephaloedii nomen prava orthographia hic exaratum esse quisque cognoverit, qui illud apud veteres Graecos Scriptores Diodorum, Strabonem, Ptolemaeum, aliosque ΚΕΦΑΛΟΙΔΙΣ scriptum inveniet.

XIII.

Catanae.

In Museo Paterniono.




In prima Plumbi facie est inscriptum ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ prout in aliis; secunda vero, quamvis in ea tantisper detritae sint literae, epigraphem habet: ΓΡΗΓΩΡΗΩ ΔΟΥΚΙ ΝΕΑΠΩΛΕΩC. *Gregorio Duci Neapolis.* Neapolitani in Campania etiam sub Graecis Imperatoribus propriam retinuere libertatem, suumque Ducem, qui summus Reipublicae Magistratus erat, habebant. In *Neapolitana Historia* Jo. Antonii Summontis Vol. I. lib. I. duos Gregorii nomine Neapolitanos Duces invenio, primus Anno 842. & alter Anno 891. Ad quem igitur ex eis potissimum referenda sit haec plumbea Bulla, non tam facile definiri potest.

XIV.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.



ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ ΑΝΔΡΕΑ Β ΥΠ S ΔΟΥΚΗ ΝΕΑΠΟΛ. *Domine opitulare Servo tuo Andreae Imperiali Consuli, & Duci Neapolis.*

ΑΝΔΡΕΑ. *Andreas* fuit Consul, & Dux Neapolitanorum Anno 843., de quo vide ejusdem Summontis *Neap. Historiam* Vol. I. pag. 424., & Nicolai Parthenii Giannettasii aliam *Neapolis Historiam* lib. VI, pag. 229.


ΥΠ. S. ΔΟΥΚΙ. *Consuli, & Duci.* Neapolitanae Reipublicae Duces etiam Consules dicebantur, & utroque gaudebant titulo. In Neapolitano Marmore edito a Bernardo Montfauconio in *Diar. Italic.* cap. XXI. pag. 315. legitur: ΘΕΟΔΟΡΟC ΥΠΑΤΟC ΚΑΙ ΔΟΥΞ. *Theodorus Consul, & Dux.*

Haec Neapolitanorum Ducum Graecis literis inscripta Sigilla plurimum iis favent, quorum fuit opinio, fat diu post Romani Imperii declinationem Graeci idiomatis usum apud Neapolitanos invaluisse; de quo acriter, non ita pridem, inter ejusdem Civitatis quosdam eruditissimos Viros certatum est.

XV.

Panormi.

Ibidem.



ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΛΕΟΝΤΟϹ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩ. *Domine [illegible] Leontio*, sive *Leoni ex Praefectis*.

Idem Leontii nomen praefert Sigillum vitreum, de quo inferius agendum. ΕΠΑΡΧΟΣ, *Praefectus*: ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ. *Ex Praefectis*, ut notavit Ficoronius in Opere *I Piombi* [illegible] cap. XII. [illegible]

XVI.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.



Sigla illa, quae est in antica Plumbi facie, nomen continet illius, ad quem Sigillum pertinebat, qui forsan denominabatur ANTONIUS. In postica, eius legitur dignitas: ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ, *Praefectus*, sive *Ex Praefectis*.

XVII.

Panormi.

In Museo Regiae Academiae.



Literas, quae sunt in adversa Plumbi facie, quamvis fugientes nimis, & detritas ita (prava tamen orthographia) legendas censeo: ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΤΩ ΒΑCΙΛΙΚΟΥ ΕΠΑΡΧΟΥ. *Theophilo Imperiali Praefecto*.

XVIII.

Panormi.

Penes me.




Ultra suetam deprecationis formulam *Auxiliare Domine Servo tuo*, legitur in hac plumbea Bulla ΛΕΟΝΤΙ Β/ ΣΠΑΘ/ S ΛΟΓΟΘ/ ΤΟΥ ΔΡΟΜΟΥ. *Leontio*, sive *Leoni Imperiali Spathario*, & *Logothetae Cursus*: De Spathariis jam supra fusius actum est. Logothetae Munus obvium est, ex his quae scripserunt fere omnes Byzantinae Historiae Auctores, unum fuisse ex primoribus Imperialis Aulae; ad quod pertinebat supplices libellos Principi oblatos excipere, & ad eum referre, & quod ille decernebat rescribere, omniumque legum, ac publicorum Actorum Tabulas conficere. Logothetae etiam Cursus publici cura erat demandata, de quo vide Hotmanni *Lexic.* ad hoc verbum: Idem mos post ejectos Saracenos diu etiam in Sicilia invaluit, & Regni Protonotario, qui etiam Regis Logotheta dicebatur, praeter alias curas [illegible] tas, etiam illa Cursus publici regendi commissa fuit, pro ut erudite ostendit Franciscus Emmanuel Marchio Villae Albae in Opere [illegible]: *Notizie storiche intorno agli antichi Uffizj del Regno di Sicilia*, quod fuit editum in Collectione *Opuscoli di Autori Siciliani* &c. Vol. XV.

XIX.

Neti.


Apud Antonium Astuto Baronem Fargionis.



Solitam praefert prima Plumbi facies deprecationem *Opitulare Domine Servo tuo*, in alia vero nomen legitur ΑΝΑΘΟΛΗΟ ΚΟΜΗ. *Anatholio Comiti*. Comites dicebantur qui rebus bellicis in Imperii Provinciis praeerant. Memorantur apud Scriptores, & in veteribus Lapidibus COMES AEGYPTI. COMES AFRICAE. COMES BRITANNIAE. COMES ITALIAE &c. Deque his etiam *Comites Rei militaris* dictis vide *Leg. 3. Cod. de Comit. militar.* & du Fresne *Glossar.* V. *Comes*. In Aula Francorum Regum, quam etiam apud Siciliae Reges, *Comestabili* nomen habuit summus Rei militaris Praefectus.

XX.

Ibidem.




ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ CΕΡΓΙΩ ΥΠΑΤΩ ΚΑΙ ΤΩΠΟΤΗΡΗΤΗ. *Opitulare Domine Servo tuo Sergio Consulari, & Locumtenenti*.

ΤΩΠΟΤΗΡΗΤΗ prava orthographia pro Τοποτηρητῇ. Muneris hujus nomenclatura est Τοποτηρητὴς *Vicarius* sive *Locumtenens*, qui mittebatur a Praefectis Praetorio, vel a Comitibus, & Praesidibus juris dicundi causa. Ejus habetur mentio in Actis Concilior. Chalcedonens. Act. I. & Nicaeni II. Act. 3., quam etiam in Novellis Justiniani. Vide de Marca Concord. *Sac., & Imp.* lib. V. cap. I. n. 9. Cujac. Observ. lib. III. cap. 14. ac du Fresnii *Glossar.* ad hoc verbum.

XXI.

Catanae.

Ex Jo: Baptistae de Grossis Catana Sacra § XVII. *& exinde ex Francisci Ficoronii Opere, cui titulus*: De' Piombi Antichi &c. *Tab.* XVI.



Habetur in hoc Plumbo solita apprecationis formula ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ CΩ ΔΟΥΛΩ. *Domine auxiliare Servo tuo*; & ex alia parte ΑΝΤΟΝΙΩ ΜΗΤΡΟΠΟΛΗΤΗ ΠΟΛΕΟC ΚΑΤΑΝΗC. *Antonio Metropolitae Civitatis Catanae*.

De hoc Antonio nulla apud veteres Scriptores exstat memoria; post tamen detectum plumbeum hoc Sigillum ejus nomen praeferens, Joannes de Grossis in *Hist. Sacra Catanae* §. XVII. & in *Decachordo Catanensi* pag. 91. eum post Euthymium ad Annum 874. Aerae Christ. Imperante Basilio, in seriem Catanensium Episcoporum induxit, deque ejus Metropolitica dignitate plura congessit. Idem praestitit, post Grossum, Vitus M. de Amico olim Regius Regni Siciliae Historicus in *Catanae illustratae* Vol. I. lib. IV. pag. 400. Sunt tamen qui credunt Antonium hunc nunquam Catanensem Episcopum fuisse, sed solo tali, nudoque titulo a Schismatica Patriarchali Constantinopolitana Sede decoratum, ex eo quia, post Photii a Catholica communione dissidium, & post inductum Schisma, quo Constantinopolitana Ecclesia fuit ab orthodoxa Fide divulsa, Pseudo ejus Patriarchae, ad suae libitum voluntatis, plurimos Episcoporum titulis etiam Ecclesiarum illarum, quae nunquam Schismati adhaeserunt, exornabant, illos etiam magnificentioribus, & superbientibus nominibus decorantes. Hinc quo tempore Saraceni Siciliam tenebant, & publicus Christianorum in ea vetitus erat cultus, passim in coaevis Graecorum scriptis mentio habetur Metropolitanorum Syracusani, & Tauromenitani, ac quoque plurium Episcoporum, etiam Civitatum illarum; quae aut nunquam fuere, aut eo tunc a Mohammedanis penitus eversae jacebant; cui sententiae nimium favere videntur Dispositiones Patriarchales Leonis Sapientis, & Andronici Impp., quibus nullam praestandam esse fidem solidissimis argumentis tot Clarissimi Viri ostenderunt; his itaque praehabitis, Tauromenitanis, & Syracusanis commentis Metropolitis etiam & hunc Catanensem adjiciendum esse statuunt.

Quale de hac re meum sit judicium taceo; pluries inter Panormitanos, Messanenses, Syracusanos, Catanenses, & Tauromenitanos de Metropolitico jure certatum est; nunc animus exhorret, vetera jurgia, & fere oblita dissidia renovare.

XXII.

Syracusis.

Penes Comitem Caesarem Cajetanum.




ΚΙΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ ϹΩ ΔΟΥΛΩ ϹΕΡΓΙΩ ΕΠΙϹΚ ΘΕΡΜΗϹ ΑΜΗΝ. *Domine opitulare Servo tuo Sergio Episcopo Thermitano. Amen.*

ΕΠΙϹΚ ΘΕΡΜΗϹ. *Episcopo Thermitano.* Duae fuerunt in Sicilia Civitates Thermarum nomine, a calidis aquis in eis erumpentibus, insignes. Thermae Himerenses una, hodie *Termini*, & Thermae Selinuntiae, quae dicitur *Sciacca*. Harum una certe Episcopali Sede a primis Christianae Religionis initiis decorata fuit, ejusque Episcopos in pluribus Conciliis subscriptos invenimus, & praesertim Joannem, qui Epistolae Agathonis Romani Pontificis, & aliorum Episcoporum Occidentalis Ecclesiae, quae fuit instructio data Legatis ad Synodum Constantinopolitanam celebrandam missis, inter alios Siciliae Episcopos hoc modo se subscripsit: *Joannes exiguus Episcopus Sanctae Ecclesiae Thermitanae Provinciae Siciliae.* Vide Philippi Labbei *Collect. Concil. General.* ad Annum 680. edit. Venetae 1729. Vol. VII. pag. 723. & edit. Florentinae 1765. Vol. XI. pag. 303.

XXIII.

Tauromenii.

In Museo Ducis Sancti Stephani. Ex Francisci Ficoronii Opere superius citato Tab. XX.



Legendum in utraque Plumbi facie ΙΗϹΟΥϹ ΒΟΗΘΕΙ ΤΟΥ ΔΟΥΛΟΥ ϹΟΥ ΛΕΟΝΤ ::: ΕΠΙϹΚΟΠΟΥ ΤΑΥΡΟΜΕΝΙ::: *Jesu auxiliare Servo tuo Leontio Episcopo Tauromenitano.* Novus ex hoc Sigillo emergit in serie veterum Tauromenitanorum Episcoporum Leo, sive Leontius iste, de quo alte silent illius temporis Historiae.

XXIV.

Catanae.


In Museo Paterniono.



In utraque Plumbi facie nomen legitur ASTERII.

XXV.

Ibidem.




Siglam illam, quae est in prima Plumbi facie, interpretandam duco ΙΗϹΟΥϹ ΒΟΗΘΕΙ. *Jesu auxiliare*, aliam vero ΘΕΟΔΩΡΩ. *Theodoro.*

XXVI.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena.




Ex una parte DEIPARAE nomen in Sigla contractum Sigillum hoc refert, ejusque litterae vocem reddunt: ΘΕΟΤΟΚΕ *Dei Genitrix.* In exteriore circulo vestigia conspiciuntur exesarum litterarum, quae forsan nomen praeferebant illius, ad quem Sigillum pertinebant. In al-

altera Plumbi facie inscriptum est Monogramma sacri CHRISTI nominis, peculiari modo exaratum.

XXVII.

Panormi.

In Museo Regiae Academiae.



Nomen Consularis illius, ad quem Sigillum pertinet, adeo est in Sigla contractum, ut non tam facile, nisi Ariolus sit, illud quisque explicare potest; ejus tantum dignitatem indicant literae illae ΥΠΑΤΩ in una Plumbi facie exaratae.

SIGILLA FIGULINA

Syracusis.

I.

Ex Gualterio n. 104.

+ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΧΜΓ

II.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ

III.

Penes Caesarem Comitem Cajetanum V. C.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ϹΙΔΗΤΟΥ

IV.

In Manubrio Diotae fictilis penes eumdem.

: : : : : : : ΡΜΟΚΡΕ ΤΟΥ ΛΙ : : : : : ΙΝ : : : : Υ ΕΝΔΙΟΝ

Catanae.

V.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 8. *pag.* 279.

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ

VI.

In Museo Paterniono.

ΑΝΤΙΜΑΧοΥ 

ΟΛΙΜ-

VII.

ΟΛΙΜΠοΥ

VIII.

ΗΡΑΚΛΗΤοΥ

IX.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ

X.

Meſſanae.

Ex Gualterio n. 6.

ΕΓΙΝΩΝ ΟΡΘΩΝ

XI.

Alcami.

Ex eodem n. 17.

ЄΥΤΥΧΙΙ

XII.

In Maceriis veteris Elori.

Ex eodem n. 210.

ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣ

XIII.

Mylis.

Ex eodem n. 230.

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ

XIV.

Eryce.

Ex M. S. Hiſtoria Erycis *Antonii Cordicis in Biblioth. V. C. Dominici Schiavo Panormit. Eccleſ. Canonici.*

ΑΜΥΝΤΑ

XV.

ΣΩΚΡΑΤΕΥ

XVI.

ΟΛΥΜΠΟΥ

XVII.

ΚΟϹΜΟΥ

XVIII.

ΑΓΛΟΥΜ

XIX.

ΦΑΛΑΡΥΣ

XX.

ΑΝΤΑΛ

XXI.

: : : : : : : Ρ
ΦΙΛΑΙΝΙΟΥ

XXII.

ΑΘΑΛΙ
ΝΟΙ ΕΠΙ
ΝΙΚΑΣΙ
ΒΟΥΛΟΥ

XXIII.

ΥΑ ΚΙΡΟΙΟΥ
ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣ

XXIV.

* : : : : : : : : : ΥΟΥ
* ΣΙΛΑΝΟΣ

Silani etiam nomine inſcriptus Agrigentinorum aureus Nummus eſt in meo Nummophylacio, cujus ſchema in Tabula Nummorum huic Operi praepoſita exhibeo ſub num. XXVIII., eſtque is inter omnes veteres Siculorum Nummos vetuſtiſſimus, epigraphen βουστροφηδὸν inſcriptam referens. Idem Silani habuit nomen Ambraciota ille qui Cyro Perſarum Regi de praelio committendo vaticinium fecit, quemadmodum narratur a Xenophonte in *Hiſtor. de Cyri exped.* lib. I. pag. 207. edit. Levnclavii Baſileae 1569.

Pe-

XXV.

Penes Franciſcum Ernandez U. J. D. Apographum habui ab Ambroſio a Drepano Ord. Minor. Obſerv. S. T. P.

ΑΓΡΙΑ : : : : : :
ΑΡΙΣΤΕΙ

XXVI.

Ibidem.

ΙΕΡΟΜ : : : :

XXVII.

Ex Vol. 1. Diplomatum M. S. Bibliothecae Panormitanae Regiae Academiae.

ΑΙΣΧΡΙΩΝ

XXVIII.

Terraenovae.

E Siculis *Jac. Philippi Dorvillii pag.* 123. *Tab. B.*

ΣΩΚΡΑΤΕΥΣ

XXIX.

In Anſa Diotae fictilis eruta e Maceriis veteris Calactae prope Caroniam. Apographum habui a V. C. Dominico Schiavo Pan. Eccleſiae Canonico.

[illegible]

XXX.

Leocatae.

In Manubrio fictilis Urcei. Miſit Salvator Lombardo.

ΦΙΛΟΣΤΕ
ΦΑΝΟΥ

XXXI.

Panormi.

In Anſis Diotarum fictilium penes me.

ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣ

XXXII.

ΕΥΚΛΕΙΤΟΥ

ΣΩ-

XXXIII.

ΣΩΚΡΑΤΕΙΣ

XXXIV.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ

XXXV.

ΤΙΜΟΥΣ

XXXVI.

ΙΠΠΟΚΡΑΤ

XXXVII.

ΘΡΑΣΟΝ

XXXVIII.

ΠΙΤΥΛΟC

XXXIX.

NIKANO

XL.

Panormi.

In Museo Monasterii Sancti Martini.

EX P PA. TI. CLAVDI. MAXIMI
ISI C

XLI.

DO::: PRÆD CAESA. N
C . AQVILIA P BILIS

XLII.

DOL DE FG IVLIÆ PROCV TIG
F . L . V . NEG

VL

XLIII.

ꓶVƧИAꟼИL
VƎ

XLIV.

EX PR CLAVDI MAXIMI
AB ISIS

XLV.

FIG . MYRIN . CAETENNIÆ
CHIONESOEPTE

XLVI.

In Manubrio Diotae fictilis erutae prope Oppidum Rahalmuti Anno 1782.
Apographum habui a Gaspare Vaccario U. J. P.

C * PP . ILI . C * F * FVSCI
☐ RMVS . FEC

XLVII.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuſtrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 8. *pag.* 281.

VIR EXCELLENTISSIMVS NARSES FECIT . ✝

XLVIII.

SOLLEMNIS 3 NATALIS COSSIOR
SOL * E ✝ NAT COSSIOR

XLIX.

OPERIS DOL ; : : SM : : S . O . ASINI MARCELLI

L.

EX FIG MYRICAE , TENIAE CHIONESOEPTE

Literae CHIONESOEPTE quae sunt etiam in Figulina superius relata n. XLV., Hariolo indigent.

LI.

EX PRE AVTINAE AVG EX FIG PONT OPVS DOL AELIAE CLEPI

LII.

DOL EIPPÆ D CAESA N LADI : : IAPMLIS

LIII.

CSAR INCOMMNS : : IN IGLINIS MRCLANS

LIV.

TEG . DOL . DE . FIG . IVLIÆ PROCV NEGTLV . N .

LV.

EX FIGLINIS DOMIT DOMITIAN

LVI.

Q . OPPI VERECVND

In

LVII.

In Museo Paterniono.

SOLLEMNIS Ŧ NATALIS COSSIOR SOL Ŧ NAT COSSIOR NES

LVIII.

EX PR . LVCILLAE : : : : GVLINIS TERENTIAE PVLSF

LIX.

OPV DOL DE PRAED DOM N AVG : : : FIGVL T CAE CAMANDAE

LX.

OP DOL EX PR AVG N FIGL NOV SABINIAN GENVA

LXI.

FIGL . BIPEDAL . DOLIAR . DE FIG IVLIAE PROCILES

OPVS

LXII.

OPVS DOLIARE EX PRAED
DOMINI ANTONINI

LXIII.

EX PRA TI CLAVDI MAXIMI
ISI . C

LXIV.

DOL EX PRÆD CAESA N
C AQVILI APRILIS

LXV.

EX PRÆD SECVRI M L COSANI
CAPP : : :

LXVI.

OFF . M . ACC . ET CAESS . N . N
: : : S

LXVII.

OFF S R F DOM

LXVIII.

OFF S R F TEMP

OFF

LXIX.

OFF S R M MARC

LXX.

M . ANTEDIO

LXXI.

GVBI VS : OTR

LXXII.

N . CESTI

LXXIII.

CN POMPA

LXXIV.

Syracufis.

Penes V. C. Caefarem Comitem Cajetanum.

OPVS. DOL. DE. PRÆD. AVG. N

LXXV.

Eryce.

Ex Gualterio n. 154.

CL . MARCI

LXXVI.

Ex M. S. Hiftoria Erycis *Antonii Cordicis, de qua fupra.*

M . FVR PRIC B

LXXVII.

L . VESCEI

LXXVIII.

C . MEL

LXXIX.

Ex Vol. 1. Diplomatum M. S. Bibliothecae Panormitanae Regiae Academiae.

TIBERI

LXXX.

Leocatae.

E Siculis *Jac. Philippi Dorvillii pag.* 123. *Tab. A.*

Q . OPPI IVSTI

LXXXI.

Panormi.

Praegrandis quidam fictilis Discus sive Catinus egregii opificii Anno 1768. *in Usticae Insula cum aliis eruditae Antiquitatis fragmentis effossus, cui in medio sequentes literae sunt impressae. Exstat in Museo Monasterii Sancti Martini.*

ANEROS
CELLI

Ustica Insula, ad quam Monumentum spectat, fuit olim ab antiquissimis temporibus Incolis frequentata, quemadmodum ex quampluribus Antiquitatum vestigiis, Sepulchris, aliisque Monumentis eruditissime demonstravit Andreas Pigonati in ejusdem Insulae *Topographia* Italice scripta, & typis Panormi mandata Anno 1762. in Vol. VII. Collectionis, cui titulus: *Opuscoli di Autori Siciliani &c.* At inde (quo tamen tempore incertum est) habitatoribus destituta, diu plurium Saeculorum spatio inhospita fuit, & deserta; nuper vero CLEMENTISSIMI REGIS NOSTRI FERDINANDI providentia, nova deducta Colonia, eaque Vallis, Munitionibus, Militumque praesidio tuta reddita, fat commodum in ea Mare illud adnavigantibus praebetur hospitium.

LXXXII

Panormi.

In Manubrio Diotae fictilis, penes me.

Q . ANTR

SIGILLA VITREA

I.

Catanae.

In Museo Monasterii Sancti Nicolai de Arena, Sigillum vitreum Syracusis effossum, cujus Apographum habui a Viro Clariss. Caesare Comite Cajetano.

+ ΕΠΙ ΛΕΟΝΤΟΣ ΕΠΑΡΧ

Leo Siciliam Praetoria dignitate rexit paullo post Annum Aerae Christ. DLII. Vide de eo Octavii Cajetani *Isagogen ad Histor. Sacr. Sicul.* cap. XLIII.

Alu-

Aliud vitreum Sigillum Panormi exſtat in Muſeo Regiae Academiae, cui eſt inſcriptum:

Δ ΡΟΓΕΡΙΟ ΕΠΑΡΧΟΥ †


idque inter meas Inſcriptiones non accenſeo, nam Rogerii nomen ſequiorem indicat aetatem, quo tempore nempe Principes Northmanni, qui feliciter Siciliam ab Agarenis liberaverunt, in ea imperabant. An ad Comitem Rogerium ſpectet, qui primus ex Northmannis ipſis hujus Inſulae Dominatum obtinuit, affirmare non audeo, nullibi enim ΤΟΥ ΕΠΑΡΧΟΥ titulum ei datum invenio.

PONDERA.

I.

Panormi.


Pondus aeneum trium unciarum literis argenteis inſcriptum e veteris Selinuntis ruderibus effoſſum. Exſtat penes Blaſium de Vignuales ampliſſimum olim Panormi Senatorem.



II.

Syracuſis.

Pondus conſimile unciarum trium literis argenteis. Ex Gualterio n. 85.



III.

Panormi.

Pondus aeneum ſemilibrae, in quo & circuli, & literae argenti bractea ſunt obductae. Exſtat in Muſeo Regiae Studiorum Academiae.




Literarum quae in medio erant tantummodo veſtigia in Pondere remanent: in orbem vero ſequens inſcriptum eſt Epiphonema: ΔΙΚΕΟϹΥΝΗ ΚΑΛΟΝ ΕΡΓΟΝ. *Juſtitia bonum Opus*. ΔΙΚΕΟϹΥΝΗ ſcriptum eſt prava ortographia pro ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.

IV.

Syracuſis.

Pondus ſimile aeneum effoſſum Anno 1771. *Exſtat penes Caeſarem Cajetanum Comitem Turris.*




Ibi-

V.

Ibidem.

Aliud inventum Anno 1780. penes eumdem.



LUCERNAE FICTILES.


I.

Catanae.


In Museo Paterniono.



II.




III.



IV.



V.




VI.



VII.



VIII.



ΠΡΟ-

IX.

ΠΡΟΚΑ
ΑΓΥΡ

X.

ΠΡΟΚ
ΑΓΥΡ

XI.

Panormi.

E Schedis V. C. Antonini Mongitorii.

ΠΡΟΧΚΟΥ

XII.

Meſſanae.

Ex Gualterio n. 14.

C. OPPI. RES

XIII.

Ex eodem in Appendice pag. 102.

C. IVNDO AC

XIV.

Syracuſis.

Ex eodem n. 91.

Ꭻ
C. TV PHILI
PPI

XV.

Thermis.

Ex eodem n. 273.

EROTIS

XVI.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.

FORTIS

XVII.

VNIALEXI

XVIII.

AEACEI

XIX.

C IVN A IF

XX.

L CAESAR

XXI.

C OP REST

XXII.

C OPPI RES

XXIII.

ROMANESIS

XXIV.

ISAIAONH
C CORVRS

XXV.

FLORENT

XXVI.

T CLA APP : : :

XXVII.

MALENCA

XXVIII.

Panormi.

In Museo Regiae Academiae.

QV . HERM

XXIX.

L . CAESAE

XXX.

C . HEL . IAN

XXXI.

C . IVL

XXXII.

C . IVNIOR

XXXIII.

: : : VICILIAR

XXXIV.

CAMPILI

XXXV.

C . IVN DRA

Pa-

XXXVI.

Panormi.

Olim apud Joannem de Vigintimilliis Lucerna aerea affabre sculpta, in cujus ambitu V Tritones Nymphas dorso portantes; in operculo tres Mulieres vestibus succinctae, quarum una Termino sertum imponit, alia flexo genu, & sublatis manibus istum adorat, tertia in Tripode Gallum immolat. Ex Gualterio n. 208.

In operculo Lucernae.

L . C . I .

In ejusdem fundo.

C . I . C
I . O . M . S

Lucernam hanc delineatam invenies in Opere Fortunii Liceti *De Lucernis Antiquor. reconditis &c.* lib. VI. cap. 2. pag. 565. edit. Utin. 1653.

I . O . M . S . *Jovi Optimo Maximo Sacrum.*

DIOTAE, OLLAE, PHIALAE

Aliaque Vasculorum genera Aenea, Fictilia, & Vitrea.

I.

Catanae.

In Ansa Diotae fictilis. Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *cap.* 8. *pag.* 279.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΕ

II.

In Phiala vulgo Lacrymatoria dicta. Ex eodem.

ΝΕΚΚΙΑ ΛΥΚΙΟΝ

III.

In Museo Paterniono. Vas fictile, cui ex una parte inscriptum.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ

Ex alia vero.

ΣΩΤΗΡΑ

IV.

Melitae.

Vas fictile, ex Jo. Francisci Habelae Malta illustrata &c. *lib.* II. *pag.* 187.

ΚΑCCΕΙΟΥ ΚΑΙΚΕΛΙΑ

Ca-

V.

Catanae.

Vas fictile Musei Paternioni.

ΟΠΕΙΙΝ ΑΤΟΩΝΕΣΞΕΙΑΙ

VI.

Item & in alio.

ΡΟΕΧΟ

VII.

Agrigenti.

In Urceo fictili. Ex Gualterio n. 1. in Append.

ΜΑΤΥΚΕ

VIII.

Messanae.

In Urceo fictili. Ex Gualterio n. 15.

ΡΥΜΑΝΔΟΣ ΜΑΣΧΙΩΝΟΣ ΕΥΧΙΟΝ : : : ΓΟΥΝ

IX.

In fundo fictilis Vasis. Ex Gualterio in Append. n. 13.

IVCVI
CALD

X.

Eryce.

Vas fictile. Ex Vol. 1. Diplomatum M. S. Bibliothecae Panormitanae Regiae Academiae.

Υ ΑΚΙΛΟΙΟΥ ΑΓΑΘ : : : : :

XI.

Panormi.

In pede Urcei aenei.

ΓΥΛΑΛΟΥ

XII.

Syracusis.

In Olla fictili. Ex Gualterio n. 89.

Q . SER

XIII.

Alia ex eodem n. 90.

PRIA

XIV.

Leocatae.

E Siculis *Jac. Philippi Dorvillii pag.* 123. *Tab. A. Fragmentum, ut puto, vitrei Calicis, in quo Viri senis, & Mulieris sunt Protomes, & infra est inscriptum.*

L . CECILIVS . M . LIBERT

Fragmentum hoc, quemadmodum & tria quae proxime sequuntur, una cum aliis eruditae Antiquitatis reliquiis e proximis Leocatae, & Terraenovae locis eruta fuere, eaque Philibertus de Pizzolantibus Leocatensis, Ordinis Carmelitarum Magister, Vir de Patriis Antiquitatibus optime meritus (cujus posthumum Opus, cui titulus *Memorie Storiche dell' antica Città di Gela nella Sicilia &c.* Panormi paucis ab hinc Annis editum fuit) Jacobo Philippo Dorvillio, dum Siciliam lustrabat, dono dedit, pro ut idem Dorvillius suis memoravit in *Siculis* cap. VI. pag. 123. duabus aeneis Tabulis eorum schemata exhibens. Cum tamen Vir summus nil de eorum materia, & opificio dixerit, diu ad hoc exquirendum incubui: tandem forte, dum Opus Viri eruditissimi Philippi Bonarrotii inscriptum: *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro &c.* evolvebam, tria Vasculorum fragmenta in ejus Tab. XXV. inveni, quae tum ob Figurarum delineamenta, tum ratione formarum, ab uno eodemque Artifice cum nostris hisce Dorvillianis Monumentis elaborata fuisse mihi visa sunt, ex quo etiam & haec vitrea esse fragmenta auro bracteata, quemadmodum & illa, non dubitavi firmandum, eorumque Inscriptiones ad hunc locum spectare censui.

XV.

Consimile Fragmentum, in quo Senis, & Mulieris bene comatae Protomes, quorum in medio adstat Puer. Ex eodem Dorvillio ut supra.

CORNELI PELACIVS HILARA

Nomina sunt eorum, quorum imagines in Vitro cernuntur.

XVI.

Aliud Vitrei Vasis Fragmentum, in quo duo Virorum Protomes, quorum unus Palmam tenet. Ex eodem Dorvillio.

PIE ZESES

De hac formula PIE ZESES, quae interpretatur *Pie vivas* sive *bibas*, vide quae eruditissimae adnota-

tata fuere a Philippo Bonarrotio in Opere superius citato: *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro &c.* pag. 205. & 206. a Marco Antonio Boldetto in alio, cui titulus: *Osservazioni sopra i Cimiterj de' SS. Martiri &c.* lib. 1. cap. 39. & ab ipso Jacobo Philippo Dorvillio in *Miscellan. Observat. Critic. ad Annum* 1740. Vol. 1. pag. 7.

XVII.

Quartum praecedentibus simile Fragmentum, in quo Senis tantum Protome. Ex eodem Dorvillio.

BAL

GLANDES MISSILES PLUMBEAE.

I.

Erutae in Agro Leontino. Ex Gualterio n. 78. & sequ.

NIKH
ΔIOC

II.

Ex una parte.

AΘHNI
OC NIKH

Ex alia, in qua Fulmen.

NIKH

III.

NIKH

AΘA

IV.

APTЄMI
ΔOC

V.

HI NIKH

VI.

APAMЄO

NI-

VII.

NIKH MATЄPΩN

IX.

NIKH	AΘINIΩN OC NIKH

VIII.

Panormi.

Ex eodem Gualterio n. 212. & sequ.

ΔIOC		: : : PY
	Fulmen.	
NIKH		KO

X.

KATANA

XI.


NIKH		MATE
	Fulmen.	
		POC

GLANDES CONSIMILES EX ARGILLA.

I.

Messanae.

Misit Salvator Maria de Blasio V. C. Bibliothecae, & Musei Monasterii S. Martini, prope Panormum, Praefectus.



Prae-

II.

Praecedenti similis eruta prope Oppidum Brontis. Exstat penes Andream Gallum V. C.

ΔΕΥ ΦΥΛ
ΦΑ ΛΛΚΥΝ
ΑΤΕΛΧϹΣ
ΠΥΡΡΙΑ

III.

Catanae.

Sunt binae sequentes in Museo Paterniono.

ΔΕΥΑΥΔ
ΦΑ ΜΤΡΙ
ΦΙΝ ΝΙΔΑΖ

IV.

ΓΡΩ ΦΥ
ΙΔ ΑΕΡΓ
ΝΙ : : : : Σ
Π : : ΛΙ : : Λ

V.

Panormi.

In alia, quam vidi penes Paulum Vitale Anno 1781. scriptum inveni.

ΔΕΥ ΦΥΛ
ΦΑ ΠΛΕ
ΦΙΝΤΥΛΟΣ
ΦΙΔΙΟΥ

VI.

Panormi.

Talus fictilis quatuor lateribus inscriptus, in Museo Regiae Academiae.

ΦΑ	ΝΙΩ	ΝΟϹ	ϹΙЄ

CLASSIS XVII.

Veterum Chriſtianorum Monumenta.

I.

Syracuſis.

Fons Baptiſterii Cathedralis Eccleſiae.



Retulit etiam Gualterius n. 98. inter Syracuſanos Lapides Inſcriptionem hanc, quam tamen integriorem (pro ut olim, nondum pluribus exeſis litteris, eam legerat Vir eruditiſſimus Vincentius Mirabella) in hunc qui ſequitur modum exſcripſit:

ΑΝΑΘΗΜΑ ΙΕΡΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΑΤΟΣ
ΖΟΣΙΜΟΥ ΘΕΩ ΔΩΡΟΝ : : : : Α
ΤΟΝ : : : ΚΡΑΤΗΡΑ : : : :

Ejus eſt Latina verſio:

Donarium Sacri Baptiſmatis
Zoſimi Deo Donum
Hoc Vas (ſive) *hunc Craterem* : :

Quae veteres Syracuſani cum legiſſent, facile in eam ſeipſos perſuaſionem induxere, Vas hoc, illud idem eſſe, quo Apoſtolicus Epiſcopus Marcianus Ethnicos ſalutari merſione Coelo regenerabat; cui traditioni fidem aliquam addidiſſe videtur Graecum Sancti Praeſulis Encomium Saeculo ſeptimo ſcriptum, & in Vaticana Bibliotheca ſervatum in quo legitur. *Baptizabantur autem ab illo orantes in Lavacro, quod ad hoc uſque tempus in veneratione eſt.* Noſtris tamen diebus contra Syracuſanorum traditionem inſurrexit Clariſſ. Paullus M. Paciaudius, qui in Opere *De Sacris Chriſtianorum Balneis* Romae edito Anno 1758. cap. XVI. pag. 160., quae ſequuntur ſcripſit: *Verum ne hoc perſuadeam* κολυμβήθραν, *in qua Marcianus baptizabat, ipſum eſſe Craterem, qui a Cajetano* Iſagog. ad Hiſtor. Sacr. Sicul. *producitur n. 13. & Syracuſis digito advenis monſtratur, duo potiſſimum prohibent. Ac primo quidem Crateris forma; nam adeo illum anguſtum eſſe minimaeque profunditatis, ut in eo baptizandi nequaquam mergi poſſent, datis ad me Anno ſuperiori literis certiorem fecit oculatus rei teſtis, idemque Antiquitatis, rerumque Liturgicarum ſcientiſſimus Dominicus Schiavo Panormitanus . . . . . Praeterea credibile ne eſt Marciani temporibus Chriſtianos id in more habuiſſe, ut nomen ſuum, & largitionis memoriam, Donariis inſculptam vellent perennare? Abhorret penitus a temporum illorum ingenio, & ſimplicitate, nec id genus formulas niſi V. Saeculo uſitatas norunt Viri*

cru-


eruditi. Atque haec duo tantum cicre difficultatem posse mihi videntur, ut libenti volentique animo in Clariss. Schiavo sententiam concedam, Craterem illum VI. vel VII. Saeculi operis esse: nec in alium usum, nisi in Aquae lustralis adservandae principio fuisse comparatum.

II.

In Feudo Sferri.

Columna Terminalis. Ex Monum. ad Histor. Litterar. Sicul. *editis Panormi Anno* 1756. *Vol.* II. *pag.* 92.

Ex uno latere.



Ex alio.



ROM ECL. *Romanae Ecclesiae*. Romanam Ecclesiam Patrimonium proprium olim in Sicilia habuisse, nemo est qui ignorat; plurimis illud abundabat Fundis, Villis, Possessionibus, Domibus, & praesertim Massis, quas hodie vernaculo sermone *Massarias* dicimus. Adeat qui plura de hoc edíscere cupiat, Joannis de Joanne Dissertationem *De antiquo Patrimonio Ecclesiae Romanae in Sicilia* editam in Vol. I. pag. 445. *Codicis Diplomat. Siculi*. Quum itaque plures enumerati essent Fundi, Terrarumque possessiones in Ecclesiae Romanae Siculo Patrimonio, certè hinc statuendum, Cippum hunc Lapidem fuisse terminalem in aliquo ejusdem Ecclesiae Territorio appositum, ut fines ejus a proximo Ecclesiae Catanensis Agro decernerentur; & ideo legitur ex una parte ROM. ECL. & ex adversa ECL. KATS. *Ecclesiae Catanensis*.

III.

Prope Catanam.


Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 9.



IV.

In Agro Paternionis.

Alia Columna consimilis. Ex supra relatis Monum. ad Histor. Litterar. Siculam *Vol.* II. *pag.* 134.



ECL.

ECL. KATS. *Ecclesiae Catanensis*. Praecedentibus consimiles terminales Cippos fuisse & hos non dubito, quibus fines agrorum Catanensis Ecclesiae designabantur. De veteri Catanensi Ecclesia, deque ejus institutionis Apostolicae Episcopatu plura habentur in Rocchi Pirri *Sicilia Sacra* Vol. I. pag. 513. edit. Panor. 1733.

Retulit & hoc Epitaphium Vitus M. de Amico in *Catanae illust.* Vol. III. lib. X. cap. VI., correctius tamen meum exemplar invenio.

ꝓ. Haec nota passim in Christianorum Epitaphiis exprimit vocem ΠΡΟ, *Ante*. Vide de ea Eduardi Corsinii Opus *De Notis Graecor.* pag. 56.

V.

Prope Thusam.

Lapis erutus ex Alaesae ruinis.

TABVLA
CLERICORVM

VI.

Catanae.

E Schedis Cajetani Noto.

: : ΠΙϹΤΕΩϹ ΧΑ : : :
: : Ν ΑΒΡΑΜ : : : Ι
: : ϹΕΙ ΚΟΛΠΟΙϹ
: : ΑΧΩΝ ΕΥΤΥΧ Ι
: : ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ
: : ϹΑϹ ΕΤΗ ΛΕ ΤΕ
: : ΤΗ ꝓ Ϛ ΕΙΔΩ
: : ΒΡΙΩΝ ☧

: : *In gratiam fidei*
: : *Abram* : : :
: : *in sinu*
: : *degens felicitatis*
: : *hic jacet*.
: : *Vixit An.* XXXV. *Obiit* VI. *Die ante Idus*
: : *bris*.

VII.

Catanae.

In Museo Paterniono.

Α ☧ ΔΡΙ
ΑΝΟϹ ΚΑΙ
ΔΕΥΤΕΡΙΑ
ΖΗϹΕ : : :
: : : : : : : :

Adrianus, & Deuteria vixerunt : : :
: : : : : : : :

VIII.

Catanae.

In Coenobio Fratrum Praedicatorum.
E Schedis Cajetani Noto.

ΑΓΑΘΗ
⁂ΕΤΕΛΕΥΤΗϹΕΝ
ΕΤΩΝ Ξ ΠΑΡΑ ⁂
ϹΚΕΥΗΤΕϹΘ ΑΠΟΚΑ
ΛΑΝΔΩΝϹΕΠΤΕΜ
ΒΡΙΩΝ ΕΞ ΕΚΟΜΙϹΘΗ
ΔΑΙ ϹΑΒΒΑΤΟΙϹ
ΧΑΡΙϹΟΥ ΤΩ ΚΥΡΙΩ
ΚΑΙ ΤΩ ΧΡΙϹΤΩ

Latinam reddidit Jo: Enricus Leikius in Commentario cui titulus *Ad Graecas Muratorii Inscript. novae emendationes &c.* edit. Lipsiae 1745. pag. 69.

Agatha
obiit
Anno LX. *Dieque*
Veneris IX. *Ka-*
lend. Septem-
bris, deposita autem est
Die Sabbati
gratias age Domino,
& Christo.

De hac Clariss. Leikii versione, ac etiam de alia, quam antea ediderat Muratorius in *Novi Thesauri Veter. Inscript.* Vol. IV. pag. 18.. n. .. vide, quae notavit Eduardus Corsinius in Opere *De Notis Graecorum* pag. 57. qui verba illa Θ ΑΠΟ ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΩΝ recte interpretatus est *Nona die post Kalendas Septembris*, non vero IX. *Kalend. Septembris*, quemadmodum Leikio placuit. Haec Corsinii versio mire comprobatur a nostro alio Epitaphio inferius hac in Classe exscribendo n. XI. in quo legitur ΜΗΝΙ ΙΟΥ ΑΠΟ ΚΑΛ ΚΓ *Mensis Julii a Kalendis* sive *post Kalendas die* XXIII.; nullus enim in dierum ante Kalendas computo locus est diei XXIII., cum dies ante Kalendas in Romanorum Hemerologio non plus quam XIX. in longioribus mensibus fuere; cujuslibet enim mensis primi dies tresdecim, aut quindecim cum Nonis, & Idibus, pro ut obvium est, computabantur. Hinc praepositio ΑΠΟ in nostris hisce Lapidibus pro *A* vel *post* non vero pro *Ante* est intelligenda.

Habes hic Inscriptionem ad veram Autographi fidem exscriptam.

IX.

Catanae.

Effossa Anno 1768. Apographum misit V. C. Ignatius Paternionus Castellus Princeps Biscaris.

: : ΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ
ΑΓΑΘΗ ΕΤΕΩΝ
Μ
ΠΡΟ Ζ ΚΑΛΑΝ
ΔΩΝ ΣΕΠΤΕ
ΒΡΙ ☧ ΩΝ

Hic jacet
Agatha Annorum
XL.
Die VII. *ante Kalen-*
das Septem-
bris (supple) *Defuncta.*

X.

In Sicilia.

Exscripsit e Volumine I. Miscellan. M. S. Bibliothecae Panormitanae Regiae Academiae Franciscus Tardia V. C. Mazarensis Ecclesiae Canonicus.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΑΤΑΚΙΤΕ ΑΝΑΣΤΑΣΙΑ
ΕΚΑ ΣΥΝΒΙΟΣ ΚΟΥΕΙΝΤΟΥ ΕΚΔ
ΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΜΗ : : : : : : : : : : : :
Ε :
Ϛ ΕΙ : : : ΑΥΓ . ΕΠ Δ

Hic

Hic jacet Anaſtaſia
: : : Conjux Quinti
Mortua : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : :
VI. *Idus Auguſti : : ;*

XI.

Prope Motycam.

In Crypta dicta della Signora , *una earum, quae ſunt in Valle Iſpicae .*

ΑΝΤΩΝΙ
ΟΣ ΕΥΠΥ
ΚΤΟΣ ΕΝΘΑ
ΔΕ ΚΙΤΕ ΕΤΕ
ΛΕΥΤΗΣ
ΜΗΝΙ ΙΟΥ
ΑΠΟ ΚΛ ΚΓ

Antoni-
us Eupy-
ctus hic
jacet , mor-
tuus eſt
Menſis Julii
poſt Kalendas XXIII. (*Die*)

Iſpicae Cryptae , quae exſtant in quadam profunda Valle prope Motycam Civitatem , & Roſolini Oppidum , admirandum ſunt vetuſtatis opus ; cernuntur enim ſubterraneis in rupibus excavatae innumerae fere Aedes , Concamerationes , & Cellae , ita ut abſconditam quamdam Civitatem ibi exſtructam fuiſſe videatur : eas fuſius deſcripſit V. C. Ignatius Paternionus Caſtellus Princeps Biſcaris in Opere cui titulus *Viaggio per tutte le Antichità della Sicilia* pag. 86. In quibuſdam ex ipſis Cryptis , quae olim Mortuorum fuerunt conditoria parietibus inſculpta conſpiciuntur ſepulchralia Epitaphia , quorum nonnulla defuncti ſolum , vel defunctae habent nomen , uti ΑΝΤΩΝΕΙΑ . ΕΥΤΥΚΕΙΑ . & ſimilia ; in reliquis ita literae a loci humiditate , & vetuſtate ipſa conſumptae ſunt , ut nullam legendi ſpem exhibeant . Sex tantum ex ipſis Epitaphiis , quae minus aetatis injurias pertulere inſpexit Anno 1782. Netinus Eques Antonius Aſtuto , & apographa mihi communicavit , quae ordine ſuo hac in Claſſe locavi . Scripturae genus ineleganter concinnatum , & a rudibus Lapicidis exaratum aetatem redolet ſeculi Aer. Chriſt. aut quinti , aut ſexti , aut ſeptimi , & forſan etiam octavi , quo tempore Graeci Idiomatis uſus in Sicilia ad barbariem vergebat ; cumque in eis non ſolum literae , ſed verba ipſa nimis perturbata , & corrupta conſpiciantur , ut ſincerus eorum ſenſus haberi poſſit , medicam manum in pluribus adhibere opus fuit .

ΜΗΝΙ ΙΟΥ ΑΠΟ ΚΑΛ ΚΓ. *Menſ. Julii poſt Kalendas* XXIII. *die* . Vide quae ſuperius notata fuere ad hujus Claſſis Lapidem n. VIII.

XII.

In eadem Crypta .

ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΣΑ
ΤΥΟΝΙΛΟΣ ΕΝΘΑ
ΔΕ ΚΙΤΕ ΕΚΟΙ
ΜΗΘΗ Μ ΔΕΚ
ΑΠΟ ΚΑΛ Ζ

Antonius Sa-
tyonilus hic
jacet defun-
ctus eſt menſis Decembris
poſt Kalendas VII. (*Die*)

XIII.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuſtrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 3. *& ex Theſauro* Murator. *Vol.* I. *Claſ.* V. *pag.* 404.

AVITIANVS FIDE
LIS HIC IN PACE XPI
QVIESCIT QVI VIXIT
AN XII REQVIEVIT
D XVI KL APRILI
CONS THEODOSI XV
ET FL. VALENTINIANI
IIII

CONS. THEODOSI XV. ET FL. VALENTINIANI. IIII. Chronologicae hae notae Annum indicant U. C. 1187. Aer. Chriſt. verò 435.

Ca-

XIV.

Catanae.

Ex eodem Amico lib. x. cap. 6.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΒΙΚ
ΝΑ ΖΗϹΑϹΑ ΕΤΗ Λ̄
: : : ΤΑΤΗ ΠΡΟ . Ϛ̄ ΕΙΔ : : :
Α ☧ ω

Hic jacet Bic-
na, quae vixit Ann. xxx.
mortua vi. *die ante Id* : : :

Α ☧ ω *Christus Alpha, & Omega* sive *Principium & finis*. Formula obvia in Monumentis Christianorum.

XV.

Catanae.

Effossa Anno 1766., *misit Vitus Cocus publicae Catanensis Bibliothecae Praefectus; ac Cathedralis Ecclesiae exinde Canonicus.*

ΒΟΝΙΦΑ ☧ ΜΝΗΜΙΟΝ

Ο ΤΩΝ ΠΟΛΩΝ ΘΛΙΨΕΩΝ ΥΠΟΜΟΝΗ ΕΛΠΙΔΑ
ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΚΑΤΕΡΓΑΖΕΤΕ ΠΑϹΙΝ ΟΥΝ ΗΜΙΝ ΤΟΙϹ ΠΟ
ΘΟΥϹΙΝ ΖΩΗϹ ΑΙΩΝΙΟΥ ΤΥΧΙΝ ΠΡΟϹΚΙϹΘΩ ΚΑΙ Η ΤΗϹ
ΥΠΟΜΟΝΗϹ ΠΡΑΞΙϹ ΔΙ ΗϹ Ϗ ΠΟΛΛΟΙ ΖΩΗϹ ΟΥΡΑΝΙΟΥ ΕΤΥΧΟΝ
ΟΘΕΝ ΚΑΤΩ Ο ΠΑΜΠΑΝ ΑΜΑΡΤΩΛΟϹ ΗΥΞΑΜΗΝ ΤΟΥ ΒΙΟΥ
ΤΟΥΤΟΥ ΤΗΝ ΠΑΡΟΙΚΙΑΝ ΑΔΙΟΝ ΕΚΦΥΓΙΝ ϏΓΕ ΕΥΞΑ
ΜΕΝΟϹ ΤΟΥΤΟΥ ΕΤΥΧΟΝ ΜΑΤΗΝ ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΕΠΙ ΤΗΝ
ΔΙΚΑΙΩϹΥΝΗΝ ΜΕΤΑΒΟΛΗΝΑΙ Ο ΠΑΝΤΟϹ ΤΟΙΝΥΝ ΤΟΥ
ΑΝΕϹΘΗΤΟΥ ΒΙΟΥ ΗΤΟΙΜΑ ΕΔΟΘΗΤΩ ΜΕΤΑ ΤΗϹ ΕΝ ΧΡΩ
ϹΥΝΔΟΥΛΗϹ ΜΟΥ Ϗ ΤΙϹ ΤΑΥΤΑΤΗϹ ΜΟΥ ΜΗΤΡΟϹ ☧

La-

Latinam reddidit Franciſcus Tardia Mazarenſis Eccleſiae Canonicus, Vir plurium Linguarum peritia clarus.

Boniſae Monumentum

Multarum tribulationum tolerantia ſpem ſalutis operatur. Omnibus igitur nobis aeternae Vitae conſecutionem optantibus, adhaereat etiam patientiae exercitium; propter quam & multi Vitam coeleſtem conſequuti ſunt; unde Ego (hic jacens) admodum peccator, precatus ſum vitae hujus incolatum obliquum effugere; & hoc precatus, aſſequutus ſum gratis e Vita in juſtitiae ſtatum transmigrare. Univerſae igitur habetis vitae delictum. Condonetur cum Conſerva mihi in Chriſto, & patientiſſima mea Matre.

ΒΟΝΙΦΑ. Eſt mihi nomen Viri in Lapide loquentis, & qui ſibi vivens Monumentum poſuit.

ϗ Sigla haec habetur pro ΚΑΙ, quemadmodum eſt in Epitaphio Melitenſi inferius n. XXVIII. exſcripto. De ea vide Clariſſ. Bern. Montfauconii *Paleograph. Graec.* lib. V. cap. I. quam etiam Eduardi Corſini Opus *De Notis Graecor.* pag. 34. Haec eadem Sigla habetur hoc modo ϗ in Cenotaphio Marci Artorii Aſclepiadis, Caeſaris Auguſti Medici, eximio Commentario a Carolo Patino illuſtrato, de quo vide *Acta Erudit.* Lipſiae edita Anno 1690. pag. 361.

ΜΕΤΑ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΩ ΣΥΝΔΟΥΛΗΣ ΜΟΥ. *Cum Conſerva mihi in Chriſto*, ideſt cum ejus Uxore.

XVI.

Melitae.

Ex Jo. Franc. Habelae Melita illuſtr. *pag.* 53.

✠ IN HOC LOCO IACεT
BONε MεMORIε
BO : : : : QVI BICSIT
IN HOC SεCVLO AN
NIS LV ε QVIεBIT
IN PACε SVB O¦G KAL SεP
TEϽBRε INDICTIO
Nε DVODεCIMA ✠
✠ : : : : : : : : : : : : : : :

XVII.

Melitae.

Roma advecta cum Martyris Calcidonii Lipsanis.

CALCIDONIVS IN PACE

XVIII.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *lib.* X. *cap.* 6.

ΚΑΛΛΙΣΙϹ ΚΑΙ Ε : : : :
ΚΑΡΠΙΛΟΙΦΙΛϹ ΓΟΙ
ΓΟΙ ΣΟΝΤΕΣ ΕΑΥΤΟΙΣ
ΕΠΟΙΗΣΑΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ
ΙΔΙΟΙΣ ΕΙΡΗΝΗ ΠΑΣΙ

Callisius, & E : : : :
Carpitiphila Ju-
gales viventes sibi ipsis
fecerunt, & suis
propriis. Pax omnibus.

XIX.

Panormi.

In Ecclesia Monasterii Sanctae Mariae de Marturano.

: : : IESCET PVELLA CAMPANA
: : : II ANNOS SEDECIM ET
DIES . XXI . DIE
: : ƆC . PV . KAL . AVGVSTAS .

CAMPANA. Nomen proprium, non vero Regionis hoc esse statuo, simile legitur in alio Lapide apud Raphaelem Fabrettum in *Inscript. Domest.* cap. VIII. pag. 563. n. XXXIX.

D. M.
EVFROSINE
COIVGI KA
RISSIMO
KAMPANO QVI
VIXIT . &c.

XX.

Messanae.

Penes Andream Gallum V. C.

D . M . S
DEFVNCTVS EST
CANRIOLVS VIXIT
ANNOS IIII M
ENSES II . DIES
III . HORAS IIII
PATER ☧ FECIT

D. M. S. Nil mirum in Christiano Epitaphio (Christianorum enim ex signo monogrammatis nominis CHRISTI decet illud credere) haice notas D. M. S. inveniri, quae in Ethnicorum Monumentis passim *Diis Manibus Sacrum* interpretantur. Quod in hoc vero exquiritur, est, an notae illae: *Diis Manibus Sacrum* sint explicandae, idque Lapicidarum simplicitati, quibus primis illis temporibus cruda adhuc erat in cordibus Christiana Religio, tribuendum, uti Joannes Mabillonius *Itinerar. Ital.* pag. 140. firmare non dubitavit; an potius *Deo magno Sancto*, vel *Sacrum*, quod pluribus argumentis, & exemplis demonstrare conati sunt Raphael Fabrettus in *Inscript. Domest.* cap. VIII. pag. 564. & Marcus Antonius Boldettus *Osserv. sopra i Cimiterj de' SS. Martiri* lib. 2. cap. XI. Optarem ego in hac re, ut Fabrettus, & Boldettus aliquod sepulchrale Epitaphium exhibuissent, in quo integris plane verbis, non tamen obscuris notis DEO

MA-

MAGNO SANCTO esset inscriptum: exempla enim, quibus Viri Clarissimi propriam roborare sententiam studuerunt, sepulchralium non sunt Epigrammatum, sed votivarum potius Inscriptionum. Illud vero ab Antonio M. Lupio editum in *Dissert. de Epitaph. Severae Mart.* cap. XII. pag. 105. Romae e Coemeterio Praetextati erutum, in quo legitur;

DIS MANIBVS PRINCI
PIO FILIO DVLCISSIMO SVO PO
SVIT QVI VIXIT ANNIS VI DIES
XXVII. IN PACE

Mabillonio certaminis palmam tribuere videtur,

XXI.

Catanae.

In Museo Paterniono.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙ
ΤΕ ΚΕΚΙΛΙΑ
ΝΟϹ ΖΗϹΑϹ
ΕΤΗ Κ̄ ΕΙΡΗ
ΝΗ ΥΜΙΝ ΠΑ
ϹΙΝ ΕΝ ΘΩ



Hic ja-
cet Cecilia-
nus, qui vixit
Annis XX. *Pax*
sit nobis om-
nibus in Deo.

XXII.

Panormi.

Sepulchralis Tabella, quam olim Syracusis Anno 1751. *die* 16. *Octobris invenit in Vinea Caesarea pone Asceterium Sanctae Mariae de Jesu Londinensis Eques Thomas Hollis, qui eam in Britanniam secum transtulit, & postea in ejus amicitiae pignus Anno* 1765. *mihi dono misit. Ne tanti beneficii memoria interiret, eam reposui in Regiae Academiae Museo,*

ΚοΒΒοΥΛ
δЄΟΥϹ̄

Nil aliud in Lapide lego, nisi nomen QVODVVLTDEVS, alias notum, pessime tamen, & nimis barbare scriptum,

XXIII.

Prope Motycam.

In Crypta dicta delli Palazzelli *una earum, quae sunt in Ispicae Valle.*

ЄΚΟΙΜΗ
ΘΗ ΚΟΡΝΗΛΙΑ
ΜΗΝΙ ΟΚΤΡΟΒΙ
Ω ΟΤЄ ΑΠΟ ΚΑ Θ
ΗΜЄΡΑ ΔΙΟϹ

Defun-
cta est Cornelia
Mensis Octo-
bris . . . post Kal. IX. (Die)
Die Jovis (Feria V.)

ΟΚΤΡΟΒΙΩ pessime scriptum pro ΟΚΤΟΒΡΙΩ.

Ca-

XXIV.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illuſtrata *Vol.* III. *lib.* X, *cap.* 3.

CRESCENTIAE BENEMERENTI
IN PACE QVE VIXIT ANN
P MN L DIPOSIT III KAL
DECEMB FL . STILICO
NE CONS SEYAVIO CONPA BN
MERENTI

FL. STILICONE CONS. Annus hic indicatur Aerae Chriſtianae aut 400. aut 405.
CONPA BNMERENTI. *Compari Benemerenti*. Vox in Chriſtianorum Epitaphiis obvia. Lapis erutus Romae e Cimiterio Calixti, quem edidit Clar. Marcus Antonius Boldettus in Opere : *Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de' Santi Martiri &c.* lib. II. cap. XI. pag. 461. ſequentem habet Epigraphen :

D. M PRIME COMPARI DVLCISSIME
VIXIT AN P M X VITALISEIVS S
DEPOSITA IN PACE III. K M

Item in alio apud eundem lib. I. cap. XLVII. pag. 253. legitur DOMINAE FELICITATI COMPARI SANCTAE &c. pariterque in alio lib. II. cap. IV. pag. 361. AITIO VALENTINAE COMPARI SANCTISSIME &c.

XXV.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.


D M
CRESCENTIS
CONIVGIS VIL
ARITATIS H
IM . PACE

D. M. Et in hoc Chriſtiano Epitaphio praefixa videtur formula Ethnicorum D. M.

XXVI.

Tauromenii.

Tabula palmaris cum CHRISTI nominis Monogrammate effoſſa Anno 1773.



XXVII.

Catanae.

In Muſeo Paterniono.



ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΤЄ ΔΟΛΑ
ΖΗϹΑϹΑ ЄΤΗ ΚΗ
ΤЄΛЄΥΤΑΤΗ Π : : : : :
ΚΑΛ ΟΚΤѠ Ϊ
: : : Α ΤΗѠ

Hic jacet Dola,
quae vixit Annis XXVIII.
mortua ante
Kal. Octobris : : : :

Me-

XXVIII.

Melitae.

Misit Comes Jo. Antonius Ciantar Melitensis Regiae Inscript. & Human. Literar. Parisiensis Academiae Socius.

ΕΝΘΑΕ ΚΙΤΕ ΔΟΜΕ
ϹΤΙΚΟϹ Ο ΕΥΜΕΗϹ
ΧΡΙϹΤΙΑΝϹ Κ ΙΗΤΡΟϹ
ΕΖΗϹΕΝΕΤΗ Ο Ϛ
ΑΝΕΠΑΧϹΑΤΟ ΤΗΙ ΓΙΙΗ
ΚΑΛ · Δ · ΦΕΒΡS
Ŏ Ŏ

Hic jacet Domesticus venerabilis Christianus, & Medicus vixit Ann. LXXIII. *sepultus est in hac Terra* IV. *Kalend. Februarii.*

ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΣ. *Domesticus*. Nomen Viri, aliàs notum in Veterum Inscriptionibus, cui simile legitur in Veronensi Lapide, quem edidit Clariss. Muratorius in *Novi Thesauri* Vol. II. Clas. X. pag. 694. n. 2.

CORNELIVS . C . L .
HANNO . IIIIII
VIR . SIBI . ET
CASTO . ET DO
MESTICO . L
T . F . I

XXIX.

Syracusis.

Lamina aerea inventa in Crypta Sanctae Luciae. Ex Clar. Lud. Antonii Muratorii Novo Thesauro Veter. Inscript. *Vol.* IV. *Clas.* XXV. *pag.* 1858. *n.* 6.

ΗΜΕΡΑ . ΚΥΡΙΑΚΗ . ΔΕCΜΕΥΘΕΥΣΑ . ΑΛΥΤΟΙΣ . ΚΑΜΑΤΟΙC . ΕΠΙ . ΚΟΙΤΗC
ΗC ΚΑΙ . Τ' ΟΥΝΟΜΑ . ΚΥΡΙΑΚΗ . ΗΜΕΡΑ . ΚΥΡΙΑΚΗ . ΠΑΝΤΟC . ΒΙΟΥ ΛΥCΙΝ
ΕCΧΕ ΤΗΝ ΗΤΗCΕ ΠΡΟ ΠΡΩΤΗC ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΜΑΙΩΝ

Die Dominica, ligata doloribus incurabilibus in lecto
Mulier nomine Dominica, die Dominica totius Vitae solutionem
consequuta est, quam petierat, pridie Kalendas Majas.

XXX.

Syracusis.

Misit Caesar Comes Cajetanus.

ЄΥΦΡΟϹΥΝΗ'
'ΧΡΗϹΤΗ'
ΚΑΙ' ΑΜЄΜΠΤΟϹ
ЄΖΗϹЄ' ЄΤΗ' Μ'

Euphrosyna
bona,
& inculpata
vixit Annis XL.

Et inter Lapides Christianos locum dedi huic, quod Syracusis inter alia Christianorum conditoria fuerit inventus.

XXXI.

Syracusis.

Ex Epistolis Philologicis Antonii Mariae Lupii editis Aretii Anno 1753. *Ep.* IX. *pag.* 51.

✛ ΕΝΘΑΔΕ ΚΑΤΑ ΚΙΤΕ
Η ΤΗϹ ΜΑΚΑΡΙΑϹ ΜΝ
ΗΜΗϹ ΕΥΛΙΒΑ ΜΝΗϹΕ
ΤΗϹ ΟΙ ω ΘΕ ΕΙϹ : : : :

Hic jacet
beatae me-
moriae Euliva. Me-
mento ejus o Deus in : : :

XXXII.

Panormi.

In Ecclesia Xenodochii Sacerdotum, una cum Martyris Felicissimae reliquiis Roma advecta.

FELICISSIME FILIÆ
BENEMERENT . I . P E
Q VIXIT . BIR . ANN XX DIE
XXXXVI



Edidi & hoc Epigramma inter *Panormitanas Inscriptiones* n. CVI. tunc vero Authographum legere non potui; maculae hinc ea in editione fluxerunt; veram ejus lectionem heic restituo.
BENEMERENT . I . PE . Lego *Benemerenti in pace.*
Q VIXIT . BIR . *Quae vixit Virgo.*

XXXIII.

Syracusis.

In Cathedrali Ecclesia, Roma advecta una cum Martyris Firmianae Lipsanis e Kalendario Sanctor. Syracusan. *edito Anno* 1764. *pag.* 61.

FIRMIANE FILIE QVE BISIT ANN . XV
MENSIS VI . IES XV , BENEMERENTI
IN PACE 

XXXIV.

Catanae.

In Museo Paterniono.

FLAVIANVS
LIBERTVS IM
PACE DP XIII
KAL . MAR

Ca-

XXXV.

Catanae.

Ex Viti M. de Amico Catana illustrata *Vol.* III. *pag.* 267.

ΓΙΡΙΓΟΜΕΝΗΣ	*Girigomenes*
ΕΤΕΛΕΥΤΗ	*defunctus*
CEN ΖΗCΑC	*est, cum vixisset*
ΕΤΗ Ō ΚΑΙ ΕΝ	*Ann.* LXX. *& hic*
ΘΑΔΕ ΚΙΤΑΙ	*jacet.*



XXXVI.

Romae.

Olim in Portica Basilicae D. Petri. Ex V. C. Petri Burmanni Secundi Anthologia Veter. Latinor. Epigrammatum *Vol.* I. *lib.* 2. *pag.* 321.

HELPES DICTA FVI SICVLAE REGIONIS ALVMNA
QVAM PROCVL A PATRIA CONIVGIS EGIT AMOR
QVO SINE MOESTA DIES NOX ANXIA FLEBILIS HORA
NEC SOLVM VNA CARO SPIRITVS VNVS ERAT
LVX MEA NON CLAVSA EST TALI REMANENTE MARITO
MAIORIQVE ANIMAE PARTE SVPERSTES ERO
PORTICIBVS SACRIS IAM NON PEREGRINA QVIESCO
IVDICIS AETERNI TESTIFICATA THRONVM
NVLLA MANVS BVSTVM VIOLET NISI FORTE IVGALI
HAEC ITERVM CVPIAT IVNGERE MEMBRA SVO
VT THALAMI TVMVLIQVE COMES NEC MORTE REVELLAR
ET SOCIOS VITAE NECTAT VTERQVE CINIS

HEL-

Haec [illegible] de In[illegible] Historia, [illegible] aetate, & interpretatione di[illegible] huc usque scripsere. Eam pri[illegible] Ranzanus Panormitanus, Luce[illegible] in Apulia dein Episcopus, in Opu[illegible] *D[illegible] primordiis, & progressu Ur[illegible]* anno 1470. scripserat. Hoc O[illegible] cum aliis ejusdem Auctoris scri[illegible] Conventus S. Dominici Fra[illegible] Ordinis Praedicatorum Panormi latuit, at [illegible] tandem e te[illegible] liberavit V. C. de Pa[illegible], de [illegible] tota S[illegible] ob editos eruditissimos [illegible] optime meritus Antoninus Mongitorius, facta editione Panormi Anno 1737. Quumque nostris hisce diebus rariora ejusdem editionis exemplaria facta essent, recusum Opus iterum prodiit Anno 1767. in Collectione, cui titulus: *Opuscoli di Autori Siciliani &c.* Vol. IX. pag. 5.


In eo itaque Opere Ranzanus ex relatione cujusdam hominis Syri, quem Petrus Specialis, tunc Panormi Praetor, ad Inscriptionem interpretandam adhibuit, Characteres in ea exaratos Chaldaeos, & Inscriptionem ipsam remotissimae antiquitatis esse firmavit. Quam Syrus tunc versionem fecit ea est, quae sequitur.


NON EST ALIVS DEVS PRAETER VNVM DEVM
NON EST ALIVS POTENS PRAETER EVMDEM
DEVM NEQVE EST ALIVS VICTOR PRAETER
EVMDEM QVEM NOS COLIMVS DEVM. HVIVS
TVRRIS PRAEFECTVS EST SEPHO FILIVS ELIPHAZ
FILII ESAV FRATRIS IACOB FILII ISAAC FILII
ABRAHAM ET TVRRI QVIDEM IPSI NOMEN EST
BAYCH SED TVRRI HVIC PROXIMAE NOMEN
EST PHARAT.

Post Ranzani aetatem omnes fere Panormitanarum rerum Scriptores eamdem sententiam tenuere, & Interp[illegible] hanc, tamquam Chaldaicae Gen[illegible] [illegible] retulere, hique po[illegible] in loco superius citat[illegible] Martinius, de quo item [illegible], Marianus Valguarnera, in Opere *De [illegible] Panormi &c.* Georgius G[illegible] *[illegible] Siciliae &c.* edit. Messanensi pag. 108. Augustinus Inveges in *Panormi [illegible]* Vol. I. pag. 136. aliique, quorum [illegible] nomina hic una re[illegible].

Contra vero [illegible] hanc insurrexit Philippus Cluverius in *S[illegible] Antiquae* lib. II. cap. 3. & post eum [illegible] Relandus in Opere, cui titulus: *De Numis Veter. Hebraeor.* &c. edit. T[illegible] ad R[illegible] 17[illegible]. Do[illegible] de Barig[illegible] in [illegible] scripto. *Hist[illegible] general de [illegible]* Vol. I. lib. I. cap. 10. tandemque ampli[illegible] Josephus Simonius A[illegible] in Opere *De R[illegible] Neapolit. & Siculis* Vol. III. cap. IX pag. [illegible]. qui omnes, Inscriptionis Ch[illegible] Arabicos, non vero Chaldaeos esse, & [illegible] nimis recentem, Seculo [illegible] Aerae Christianae, quo tempore Mohammedani Siciliam tenebant, positam fuisse statuere. Paucis vero ab hinc annis Inscriptionis fidem, & vetustatem pro virili asserere conatus est V. C. Dominicus Schiavo Panormit. Ecclesiae Canonicus peculiari Dissertatione, quam ego edidi Anno 1762. in Volumine *Veterum Panormit. Inscriptionum* pag. 383.

In hoc Scriptorum dissidio, si meum liceret proferre judicium, dicerem Characteres istos non Chaldaicos, neque Arabicos communes esse, sed Arabicos veteres, vulgò Cuficos dictos: qua in sententia Assemannus ipse & Schiavo convenerunt. Tali Scripturae genere Saraceni in Sicilia utebantur ad res sacras, & ad publica scribenda Monumenta, eoque etiam & nunc exornati conspiciuntur summi vertices Turris Cubae vulgò dictae *delli Borgognoni* extra Panormum, in via, qua itur Montem Regalem, & alterius, quae imminet Thermis dictis *di Cefalà* xx. mill. pass. Panormo dissitis. Talibus etiam literis saxis incisis erat Turris alia Panormi, quae dicebatur *di San Giacomo la Mazara*, & similes videntur in binis columnis, quae extant Panormi in Ecclesia Parthenopaei *Sanctae Mariae Virginum*, quarum quae sequuntur sunt schemata.






In nomine Dei miseratoris misericordis Deum (quod attinet) *Non est Deus nisi ipse ille vivus sempiternus* .

Neque corripitur somno neque somnolentia . Ejus sunt quae in Coelo & quae in Terra existunt .

Alia praeterea exstat Panormi Columna in meridionali Porticu Cathedralis Basilicae , quae sequentes exhibet characteres , nostris hisce , quae erant in Turri Baych , non dissimiles .



Dominus vester creavit diem , quem excipit nox , & Luna , & Stellae ad opus adactae sunt ex suo mandato . Nonne ipsius sunt res creatae , & Imperium . Benedictus sit Deus Dominus Mundorum (scilicet *Creaturarum* .)


Hujus Infcriptionis verba defumpta funt ex Chorani Sur. VII. Comm. LV. edit. Marraccianae.

Videtur quoque Panormi Columna alia in fronte Templi Sancti Francifci Afceterii Fratrum Minorum cum his quae fequuntur literis.



In nomine Dei miferatoris mifericordis.

Effoffa fuit item Syracufis anno 1773. marmorea Tabula iifdem Cufenfibus literis infcripta, cujus exemplar jampridem a Clariff. Comite Caefare Cajetano mihi miffum hic exhibere Lectorum oculis non abs re effe arbitror.



Certe remunerabuntur merita veftra
: : d filius Muhammed in pueritia mortuus eft
deceffit feria quinta
Ab igne (liber erit*) & potietur refurrectione.*

Haec quatuor Saracenorum in Sicilia Monumenta ita interpretatus eft V. C. Olaus Gerardus Tychfen Sereniff. Ducis Megapolitani a confiliis, ac in Ebodurenfe Academia linguarum Orientalium Profeffor, miffis ad me epiftolis, de quibus infra dicetur.

Poft

Post subactos in Sicilia Saracenos etiam talium characterum in ea usus permansit, ut patet e Nummis veterum Northmannorum Principum Rogerii Comitis, Rogerii Regis, Willelmi I. & Willelmi II., quos edidit V. C. Jacobus Georgius Christianus Adler *in Museo Cufico Borgiano* Tab. VII. & VIII.

His etiam auro textili efformatis exornata videtur fimbria pluvialis Regii, quod Rogerio a subditis suis Saracenis anno 1133. postquam Siciliae Rex renunciatus fuisset, ex acclamatione & obsequio fuit oblatum. Rogerii Filia Constantia uxor fuit Henrici VI. Imperatoris, quae cum Regios Thesauros hereditate accepisset, hac occasione Pallium illud inter insignia Imperii fuit relatum, & cum aliis ad praesens Norimbergae servatur. Talium literarum picturam dedit V. C. Christophorus Theophilus de Murr in libro Teutonico *Descriptio rerum memorabilium Norimbergae* edito anno 1778. & a praelaudato Olao Gerardo Tychsen data ad me epistola die XVI. Junii 1782. earum latinam quae sequitur, habui versionem.

Hoc Pallium confectum est in gratiam dignitatis Regiae, quae illustretur benignitate, comitate, fama, perfectione, duratione, beneficentia, affabilitate, facilitate, clementia, humanitate, magnificentia, decore, majestate Imperatoria, divitiis, faustis diebus ac noctibus, sine immutatione & vicissitudine, necnon virtute, votorum complemento, conservatione, tutela, beneficentia, salute, victoria, rerumque copia, In Metropoli Siciliae Anno quingentesimo vigesimo octavo Hegirae (*quod est Christi* 1133.)

Arabicis etiam Cufensibus literis acu pictis exornata conspicitur Corona Imperialis cadaveri apposita Henrici VI. Caesaris Augusti in Principe Panormitano Templo Porphiretica in Urna deposito, quod fuit anno 1781. causa ejusdem Templi novae restaurationis detectum. Referata fuit quoque, me praesente, eodem anno 1781. die XI. Augusti in praedicta Panormitana Basilica alia Porphiretica Urna, in qua clauditur corpus Friderici II. Imperatoris. Integerrimum cadaver integerrimas habebat vestes, Coronam scilicet Imperialem auro, & margaritis distinctam, Albam, Dalmaticam, Pallium, sive Pluviale, Balteum, dependente ex eo ense, & Tibialia cum sandaliis; in duabus verò Albae manicis replicatae Inscriptiones literis Cuficis acu pictae fuerunt inspectae. Charactères isti, ac reliqua omnis funerea supellex detecta in Sepulcris Rogerii Regis, Henrici VI. Caes. Aug., Constantiae ejus Uxoris, Friderici II. etiam Augusti, ac Constantiae Aragoniae ipsius Conjugis, quae sunt in Panormitana Cathedrali Basilica, evulgabuntur propediem providentia Regis nostri Augustissimi peculiari Opere, quod typis edendum paratur.

Ex his hucusque expositis manifeste dignoscitur usum viguisse apud Saracenos Siculos characterum Cufensium, iisque vertices Turrium exornandi, & alia publica Monumenta scribendi; earumque porro literarum etiam post devictos Saracenos diu in Sicilia exercitium invaluisse: quibus omnibus recte perpensis, securior mihi videtur sententia characteres istos in vertice Turris Baych ordine dispositos non ante Saracenicas res in Siciliam inductas insculptos fuisse.

Qua in sententia cum firmiter animus acquiesceret hoc ipsum Inscriptionis schema a Martinio jampridem exscriptum, & a me prolatum tam inter Panormitanas Inscriptiones, quam in prima hujus Operis editione, Burzovium misi ad praelaudatum Virum doctissimum Olaum Gerardum Tychsen, ut aliquam ab eo, si fieri posset, horum lapidum interpretationem haberem; neque spem fefellit eventus; nam etsi a celeberrimo Viro non omnia, prout erat in votis, plene explicata obtinuerim, quandoquidem multa in Inscriptione deficiunt, ex eis tamen quae ad me scribere dignatus est, data epistola Burzovii die IX. Octobris 1782., huic insigni Arabicae literaturae Monumento haud parum lucis adfulget. En ipsius verba: *Inscriptio, quae olim in vertice Turris Baych Panormi* [illegible] *negligenter delineata, lapidumque singulorum coordinatio tam incongrue instituta fuit, ut spes nulla fere adsit, fore ut secundum regulam combinatoriam lapidibus singulis loco suo dejectis locus prior adsignetur. Quum enim quilibet lapis non semper unam dictionem, sed & literas praecedentium & subsequentium dictionum, itemque voces disjunctas continuerit, praetereaque lapides multi prorsus desint, vix fieri potest, ut sensus unquam plenus eruatur. Attamen summa attentione omnia examinavi, & quae sequuntur expiscatus sum haud omnino spernenda. Inscriptio fere tota absolvitur versibus quibusdam Alcoranicis, incipitque a linea XIII.. & desinit linea III. Linea* XII. *seu caput Inscriptionis exhibet initium Surae III. I.* Ad Deum quod attinet, non est Deus nisi ipse ille vivens, & aeternus, *& indicio est Turrim a Mauris post Muhammedis tempora exstructam, aut refectam fuisse. Linea III., qua terminatur Inscriptio, legitur Annus Turris exstructae, aut reparatae, qui in Seculum post Christum natum X. incidit. Vox penultima* Et CCC. (Chr. 912.) *distincte legitur. Quae vero praecedunt voces, negligentius fuerunt depictae; nihilo tamen secius adsunt vestigia, quae eas legere permittunt Anno XXXI. Videtur itaque Turris anno Hegirae* 331. (*Chr.* 942.) *perfecta fuisse, cum quo & major scripturae simplicitas ac in reliquis mecum communicatis Inscriptionibus optime concordat. Nomina propria nulla, multo minus nomen Baych investigare mihi licuit, quod homo Syrus, cujus meminit Fazellus pag. 164. edit. Panorm. 1558. una cum reliquis nominibus Pharath, Sapphu, Eliphae &c. prorsus confinxerat, ut fucum faceret imperitis. Haec fere circa Turrim Baych hac vice dicere habui.*

Et haec sunt, quae de Inscriptionis hujus casibus, vetustate, & characterum forma dicenda censui; restat, ut eos, qui in eam oculos injecerint, moneam, ne figuram illam humani Brachii gladium manu habentis, quae conspicitur in linea XV. cum ipsius Inscriptionis literis confundant: hoc enim Stemma est gentilitium nobilissimae S. . . -


tha

thaforae Familiae, ad quam olim Turris ipfa fpectabat, a quodam forte, qui eam incolebat, prope Lapides, Inscriptionem efformantes, appofitam, pro ut eruit e quodam manufcripto *Chronico Canonici de la Rofa* praelaudatus Cla[illegible] de Schiavo, & in ejufdem Differtationis pag. 408. notavit, cui Stemmati, nimis religiofe Marcus Antonius Martinius etiam in Infcriptionis apographo, quem in vertice Turris inter infcriptos Lapides locum habebat, attribuit.

V.

Melitae.

Bilinguis Infcriptio duabus Bafibus aequaliter infculpta. Apographum habui a Joanne Antonio Comite de Ciantar Regiae Parifienfis Infcript. & Human. Liter. Academiae Socio.



Plu-

Pluries editam Phoeniciam, ſive Punicam Melitenſem Inſcriptionem juvat hic quoque proferre; eam habent duae ex Marmore Baſes, quae olim forſan Candelabra ſuſtinebant, eſtque ſimilis tum Graeca, tum Phoenicia in eis Epigraphes. Graeca eſt quae ſequitur.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΙ
ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ ΤΥΡΙΟΙ
ΗΡΑΚΛΕΙ ΑΡΧΗΙΕΤΕΙ

Dionyſius, & Sarapion Filii
Sarapionis Tyrii
Herculi Ductori.

deque ea ſuperius actum fuit in Claſſe I. pag. 6. Ad Phoeniciam verò, ſive Punicam explicandam Eruditiſſimi Viri quamplures deſudaverunt, ideoque nonnullae ejus habentur verſiones.

Antequam vero ad eas exponendas me vertam, illud potiſſimum non omittendum arbitror, quemdam noſtri hujus Aevi eruditiſſimum Scriptorem nulla uſque adhuc Phoeniciae litteraturae Monumenta detecta eſſe ſtatuiſſe, itemque Characteres horum Melitenſium Lapidum Arabicos eſſe, non Phoenicios, ſive Punicos, & Inſcriptiones Citii in Cypri Inſula defoſſas, quas peculiari Commentario illuſtravit V. C. Joannes Swintonus, antiquiſſimis potius Graecorum litteris, non vero Phoeniciis exaratas eſſe. Sententia haec nova prorſus, & inopinata in litterarum Republica nunc primum emergit, neque facile, qui eam probet, Vir doctiſſimus inveniet. Arabicae ſcripturae Monumenta paſſim quotidie per Siciliam effodiuntur, & non exiguus eorum numerus Panormi cuique patet; duos hujus generis Lapides edidit Jo. Bapt. Caruſius in *Biblioth. Hiſt. Siculae* Vol. I. tres alios Scipio Maffejus in *Muſeo Veronenſi* pag. 187. itemque & alios duos ex Africa advectos in noviſſima *Marmorum Oxonienſium* Collectione pag. 144. exhibuit Vir omni laude digniſſimus Richardus Chandlerus. Nummi praeterea Saracenorum Amirarum in Sicilia, dum eam tenebant, percuſſi, itemque & alii Northmannorum Siciliae Regum Rogerii, Wilelmi I. Wilelmi II. & Tancredi Arabicis litteris inſcripti, in totius Europae Nummophylaciis aſſervantur, eoſque in *Philippi Parutae Sicilia Numiſmatica* a Sigeberto Havercampo edita, cuique facile eſt invenire. Ex his omnibus, & ex ſexcentis aliis Arabice ſcriptis Monumentis clariſſime patet, nullam prorſus harum Melitenſium Inſcriptionum characteres cum Arabicis litteris habere congruentiam; e contra vero Phoeniciae, ſive Punicae Litterae, quae obſervantur in Nummis Regum Syriae, in aliis Regis Jubae, Sidoniorum, Tyriorum, Carthaginenſium, Panormitanorum, Soluntinorum, Coſſurenſium, Melitenſium, & Dionyſii Syracuſarum Tyranni, quos omnes edidere Joannes Vaillantius, Nicolaus Franciſcus Haymus, Sigebertus Havercampus, Ezechiel Spanhemius, Chriſt. Sigiſmundus Liebius, Eraſmus Froelichius, Jo. Jacobus Geſnerus, Joannes Swintonus, Abbas de Barthelemy, aliique quamplurimi, ab Arabicis ſunt toto coelo diverſae. Utque melius res ſit in confeſſo apud omnes, his hucuſque editis Phoeniciam, ſive Punicam litteraturam referentibus Nummis, aliorum ſeptem, qui nondum in lucem prolati ſunt, Epigraphes iiſdem characteribus exaratas, hic Eruditorum oculis ſubjicere non ſupervacaneum eſſe cenſeo, ut horum omnium collatis Litterarum figuris, cum illis, quae conſpiciuntur tam in Melitenſibus, de quibus agimus, quam in aliis Siculo-Phoeniciis ſive Punicis infra exſcribendis Monumentis, facile de illorum fide & vetuſtate, deque eorum characterum ab Arabicis diſſimilitudine, manifeſte conſtet.

Primus eſt argenteus Nummus majoris formae, quem cum aliis tribus ſequentibus Panormi vidi Anno 1764. penes praenobilem Virum, & rarioris eruditionis amantiſſimum Aloyſium Mar. Gravina Octavii Rammaccae Principis Filium; ſunt in eo ex una facie Caput Mulieris, & tres Piſces, ex alia vero Caput Equi, poſt quod Palmae arbor, & inferius, nitidiſſimis elementis, haec Inſcriptio:

Secundus item argenteus maximae formae habet ex una parte Caput Mulieris, & pariter Piſces, & ex alia quadrijugus eſt Equorum Currus, cujus Auriga a ſupervolante Victoria coronatur, eſtque infra clariſſime inſcriptum:

Tertius qui etiam eſt argenteus majoris formae, refert ex una parte Caput Muliebre ſingulari ornatu ſive Caſſide tectum, ex alia vero videtur Leo gradiens, poſt quem Palmae Arbor, & inferius nitidiſſimi ſunt, qui ſequuntur Characteres:

In quarto item argenteo majoris formae ſunt e dextera facie Caput Muliebre, & quatuor Piſces, ex adverſa vero Quadrijugus Currus ſupervolante Victoria, & Epigraphes:

Quintus est argenteus majoris formae penes me, qui habet ex una parte Caput Herculis [illegible] be, Leonis [illegible] pro [illegible], & [illegible] conspicitur Caput [illegible], & Palmae Arbor cum nitidissima & ipsa Inscriptione

[illegible]

Item meus est sextus argenteus majoris formae in omnibus cum praecedenti conveniens, exceptis tantum litteris, quae in eo sunt sequentes:

[illegible]

Septimus tandem aeneus est in meo Nummophylacio; ejus antica facies Caput exhibet Muliebre bene comptum & velatum, cui simile passim habetur in Nummis Cosyrensibus editis a Sigeberto Havercampo in *Siciliae Numismaticae Philippi Parutae* Tab. CXLII. in postica vero sequens Epigraphes est laureae Coronae inclusa.

[illegible]

De quibus literis Cosyrensium nomen [illegible] referentibus vide, quae uberius notavi in meo Opere cui titulus *Siciliae Veteres Nummi* Tab. XCVI. pag. 94.

At de hoc satis; ad Melitensis Marmoris varias editas interpretationes redeo. Primam dedit Eques Hierosolymitanus Josephus Claudius Guiotus de Marne, qui Diatriba edita in Vol. I. *Dissertationum Academiae Etruscae Cortonensis* eam plane cum Graeca scriptura convenire statuit. Guiotum excepit Michael Fourmontius, cujus de hoc Marmore exstat exercitatio in Vol. III. Dissert. ejusdem Academiae, in qua sequens exhibetur interpretatio.

Urinatore Urinatorum Magistro, Duci, & [illegible] in die, [illegible] arunt Anchoram, & [illegible], [illegible] Portum reliquerunt [illegible] invenire Corallium, exierunt [illegible], ecce vastare Lydam.

Has postmodum versiones rejecere Benedictini Gallici Auctores eruditissimi Operis Parisiis editi Anno 1750. cui titulus: *Nouveau Traitè de Diplomatique &c.* Vol. I. cap. XII. pag. 657. qui novam sequenti sensu expressam prodidere.

Fluebat libertas, fluebat sors, Inimicus imperabat, Hostis absorptus est, tunc insculptum, perverse eum effecisse Cosyram desertam remex ejus. Deus ejus praecipitavit eum, passi sunt [illegible] eum deseruerat corpus, & aspectus ejus.

Eos excepit Clariss. Jacobus de Barthelemy Christianiss. Galliarum Regis Nummophylacii Praefectus, cujus de Phoeniciis aliquot Monumentis Diatriba est impressa in Vol. XXX. *Memoires de l'Academie des Inscriptions, & belles Lettres* pag. 405. & in ea nostro huic Melitensi Punico Marmori haec praefigitur interpretatio.

Domino nostro Melcharto Tyriorum tutelari votum fecimus Abdassar, & Frater meus Asseremor Filii Asseremor, qui Filius fuit Abdassar; qui nos [illegible] sit, & Protector (sive) *nos benedicat.*

Postremus vero in hanc descendit Palaestram Vir [illegible] Swintonus Aedis Christi apud [illegible] Linguar. Orient. Professor, qui in Vol. LIV. pag. 119. *Transact. Philosoph. Anglic.* [illegible] sequenti modo explicationem [illegible]. *Domino [illegible] Melcharto Deo tutelari [illegible], votum fecerunt Abdusiris, [illegible] Asrin [illegible], is qui Filius est Aserim Hammari Filii Abdasari. Iis sorte navigantibus benedicat.*

Ex quibus omnibus dignoscitur tres priores Marmoris versiones ad ingenii libitum effictas esse: Clariss. vero Barthelemium, & Swintonum, qui postremas dederunt in unam quasi eamdemque sententiam convenire.

VI.

Melitae.

Tabula Anno 1763. defossa, cujus exemplar habui a Francisco Agius de Soldanis Gaulitanae Ecclesiae Canonico, & publicae Melitensis Bibliothecae Praefecto.

[illegible]

In-

Inscriptionem hanc in Melitae Insula detectam, e characterum forma, Phoeniciam, sive Punicam esse non ambigitur: eam interpretatus est idem Clariss. de Barthelemy, qui suum de hac re edidit Commentarium in quodam Parisino Litterario Diario; nondum novum hoc doctissimi Viri tentamen, diu a me quaesitum, accepi. Idem post Barthelemium praestitit doctissimus Swintonus in Vol. LIII. pag. 274. *Transact. Philosoph. Anglic.*, qui post collata characterum specimina cum aliis, quae sunt in pluribus huc usque detectis Phoeniciae litterarum monumentis, deque eis proposito Alphabeto, postque verborum potestatem ex fonte Chaldaicae, sive Hebraicae linguae expetitam, sepulchrale quoddam in Marmore contineri proposuit Epitaphium, Hannibali Barmeleci filio positum, quod sequenti modo latine reddidit: *Penetrale Domus perpetuae, sepulchrum est depositi clari Viri omnino dormientis, in cujus depositione commotus est Populus intime eum diligens. Hannibal Barmeleci Filius.*

VII.

Melitae.

Effossa Anno 1630. cum aliis quinque proxime sequentibus e quadam Crypta sub Colle Tal-Mitarsa. Exscripsit e quodam M. S. idem de Agius V. C.

זרל'עב, כעפרשרר,
רו3סער
ר'ר'ר-כ
ר'כ-ר,

Lapidis hujus characteres, quemadmodum & aliorum sex, qui proxime sequuntur, sunt Phoenicii, male tamen insculpti, eorum interpretationes ab aliis expecto.

VIII.

Ibidem.

Ut supra.

רזרח זק ור'כוע

Pun-

Puncta illa, quae in tribus hujus Lapidis litteris obfervantur, non modicam de antiquitate ipfius dubitationem inducunt; ea enim non ante Masforetharum aetatem, quae fuit Seculo VI. poft JESUM CHRISTUM, in Orientalium Populorum fcripturis locum obtinuere.

IX.

Ibidem.

Ex eodem M. S.

X.

Ibidem.

Ut fupra.

XI.

Melitae.

Ut fupra.

XII.

Ibidem.

Ex eodem M. S.

XIII.


Melitae.

In Pago Birkarkara. Mifit idem de Agius V. C.

XIV.

Panormi.

Vas fictile erutum, dum fundationes foderentur maximae Aedis illius, Regiae Studiorum Academiae annexae, quae nunc Clementissimi REGIS nostri providentia nobilibus Pueris instituendis fuit assignata. Exstat nunc in ejusdem Academiae Museo.



De hac item Punica Inscriptione graphio in fictili Vase scripta, quam primus edidit, quamvis minus exacte, Antonius Maria Lupius in *Dissert. de Severae Martyr. Epitaph.* cap. XI. pag. [illegible] & inde ego in Volumine *Veter. Panormit. Inscriptionum* n. CXV., mira admodum ingenii felicitate, interpretationem dedit Clariss. Jacobus de Barthelemy Galliarum Regis Nummophylacii Praefectus in Diatriba *De Monumentis quibusdam Phoeniciis* edita in Vol. xxx. pag. [illegible] *Memoires de l' Academie des Inscriptions & belles Lettres*, de qua supra dictum est; en ea quae Vir doctissimus Gallicè scripsit, Latinè reddita: *Postquam haec lucubratio lecta fuit, Phoeniciam examinavi Inscriptionem graphio scriptam in fictili Vase, quod inventum fuit in Siciliae Regni Civitate Panormi, & in quodam Museo illo repositum, eam hic exhibeo justa exemplaria edita tum a Lupio in* Epitaphio Severae Martyr. *pag.* 86. *tum a Domino de Schiavo in ejus pretiosa* Collectione Inscriptionum Panormi *edita Anno* 1762. *pag.* 61. *Lupius tres omisit literas in ejus apographo, & de Characteribus Phoeniciis in Vase caelatis dixit. Quos tamen, nisi Sibylla legerit, interpretari credo posse neminem, ut ajebat ille apud Plautum. Dominus de Schiavo Epigraphem fidelius exscripsit. Quatuor in ea incertae sunt literae, prima videlicet, tertia, undecima, & postrema: prima, quae in aliorum Regionum Monumentis est* Heth, *videtur in hoc esse* He, *secunda est* Ain, *tertia, quam alibi non vidi nisi in commentitiis aliorum Monument. exemplaribus, accipi potest pro* Thau, *quarta est* Besch, *quinta* Beth, *sexta* Ain, *septima* Lamed, *& ex his omnibus unicum nomen redundat* HATHERBAL, *aut* Hadherbal; *binae sequentes literae, quae sunt* Beth, *&* Nun, *intelligi debent* FILIVS. *Tertii postmodum verbi prima litera est* Mem, *secunda valorem obtinere debet literae* S, *tertia est* Lamed, *quarta vero* Heth; *quae omnia reddunt* MISLAH, *aut aliquid ei proximum, quod nomen est Patris* Hadherbalis. *Postremam tandem literam mihi videtur esse ex genere Siglarum, quae in Vasibus inscribebantur, ut eorum capacitas indicaretur. Nomen* Hadherbalis *probabiliter est Figuli illius, a quo Vas fuit elaboratum.*

Haec Clariss. Viri est interpretatio, in qua illud mirari subit, quod *Collectionis Veter. Panormitanar.*

Inscriptionum Anno 1762. editae, Dominum de Schiavo Auctorem dixerit, omnibus enim pervium est, me illud Opus elaborasse, de quo meum nomen nuncupatoriae Epistolae Excellentissimo Panormitano Senatui praefixum, quam etiam & Praefatio ad Lectorem, Barthelemium ipsum certiorem reddere poterant.

De reliquis, nil explorati habeo, tota hujus interpretationis stet fides penes Clariss. Scriptorem, quem alia in dies editurum esse sperandum est, quorum ope arte hac interpretata majus aliquod robur obtinere possit.

XV.

Eryce.

Ex M. S. Historia Erycis *Antonii Cordicis, quam Clar. I. V. D. [illegible] Schiavo Panormitanae Ecclesiae Canonicus [illegible] ipsis [illegible] dono dedit.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

:::::::::::::: [illegible]

:::::::::::::: [illegible]

:::::::::::::: [illegible]

:::::::::::::: [illegible]

Exstabat superiori Saeculo hoc Marmor Eryce in Aedibus Rochi Palmae, illudque exscripsit in pag. 43. M. S. illius Civitatis Historiae Antoninus Cordici. Characteres, quorum plures male fuerunt delineati, & expressi, certo certius sunt Phoenicii, sive Punici; iis enim consimiles inveniuntur tam in ante exscriptis Melitensibus Monumentis, & Punicis Nummis supra memoratis, quam etiam in Inscriptionibus inter rudera Citii olim Cypri Insulae Civitatis inventis, quas edidere Richardus Pockochius in Opere Anglice scripto cui titulus: *Descrip. of the East &c.* Vol. II. pag. 213. Joannes Swintonus in *Differt. de Inscript. Citiensib. &c.* & Richardus Chandlerus in *Marmor. Oxoniens.* edit. Anni 1763. parte II. Tab. III. n. VIII. pariterque in Nummis illustratis ab eodem Swintono peculiari Dissertatione Oxonii impressa Anno 1750. cui titulus: *De Nummis quibusdam Samaritanis & Phoeniciis &c.*

Dolendum quam maxime, nobilissimum hoc Phoeniciae litteraturae Monumentum fato periisse, ita ut post omnes curas, & diligentias adhibitas, nullam de eo apud Erycinos memoriam extare compertum sit. Hanc certe inter reliquas Phoenicias Inscriptiones huc usque detectas primum obtinere locum fatendum est; nulla enim alia tot diversarum litterarum specimina, & vocabulorum habet abundantiam.

Pa-

XVI.

Panormi.

Aerea Lamina Phoeniciis litteris inſcripta eruta Anno 1725. *prope Panormum, in loco dicto* Portella di Mare, *e quodam Marmoreo Sarcophago, modo in Horto Emmanuelis Bonanni Ducis Miſilmerii ſervato. Ex M. S. Relatione Michaelis de Judice Viri eruditiſſimi, & Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Abbatis, quae penes me ſervatur.*




Urna ſepulchralis, in qua erat haec Lamina, eruta fuit e quadam ſubterranea Cella, forte in loco ſuperius notato Anno MDCCXXV. detecta, erantque in ea nonnulla quaedam fictilia Vaſa, & in Sarchophago ſive Urna, una cum Lamina, quaedam parva eburnea Amuleta Aegyptiacis Idolis ſimillima, Anubides ſcilicet, aliaque ſigna Leonum capita praeferentia fuerunt inventa. Sepulchretum hoc, Urnam ipſam, omnemque aliam funeream ſupellectilem in eis repertam delineata ſunt in *Siculis* Jacobi Philippi Dorvillii Amſtelaedami editis Anno 1764. pag. 43. Tab. A. & B.

Eburnea haec Sigilla, ut videtur, quaſi Dii Manes una cum Defuncti cadavere ſuffoſſa fuerunt, de quo Aegyptiorum uſu, plura eruditiſſime notavit celeberrimus Bernardus Montfauconius in *Antiquitat. Explicat.* Vol. II. p. 2. lib. I. cap. 5. Ad Laminae characteres quod attinet, Phoenicios eſſe non dubito; his enim conſimiles inveniuntur tam in ſupra exſcriptis Melitenſibus, & Erycina Inſcriptionibus, quam etiam in ſupra relatis Phoeniciae litteraturae Monumentis. De Phoenicum Colonia Panormum deducta luculentiſſimum exſtat Thucydidis teſtimonium Hiſtor. lib. VI. *Habitaverunt autem Phoenices circa omnem quidem Siciliam, Promontoria ad mare occupantes, itemque parvas Inſulas adjiacentes, negotiandi cauſſa cum Siculis. At ubi permulti Graecorum eo per mare adnavigaverunt, relinquentes pleraque, Motyam, Soluntum, & Panormum incoluerunt.*

XVII.

Marſalae.

In Aedibus publici Magiſtratus, Marmor effoſſum Anno 1779. *in Inſula Sancti Pantalei, ubi a nonnullis contenditur fuiſſe olim Motyam Urbem. Apographum miſit Roſarius Alagna J. U. D.*




Me-

XVIII.

Melitae .

Vas fictile erutum Anno 1767. exstabat penes Franciscum Agius de Soldanis Gaulitanae Ecclesiae Canonicum , & publicae Melitensis Bibliothecae olim Praefectum .



Hujus fictilis Urcei scripturam tripartitam fuisse dignoscitur ; prima pars quatuor habet lineas , duas vero secunda , quatuor & item tertia . In primae partis linea secunda , quemadmodum & in quarta , figurae illic expressae Characteres non esse arguo , sed potius siglae ponderis , vel mensurae nobis ignotae , aut illius , qui litteras in Vase graphio scripsit , liberi sunt ingenii lusus . Secundae partis litterae nimis a tempore fuerunt exesae . Tota denique tertia Inscriptionis pars (quatuor tantum litteris in prima linea exceptis) Annorum injurias non substinuit , neque alia in ea conspiciuntur , nisi evanidi , & fugientes litterarum tantummodo ductus . Characteres Phoenicios esse non dubito ; iis enim consimiles plures inveniuntur , tam in ante relatis Monumentis , quam etiam in diversis Phoeniciae literaturae editis Alphabetis .

Me-

XIX.

Melitae.

Aurea Lamina in quodam veteri Sepulchro Melitae inventa Anno 1693. *Ex Vol.* IV. Epiſtolarum Memorabilium *Antonii Buliſonii*.





Aurea haec Lamina Melitae Anno 1693. in quodam veteri Sepulchro inventa fuit; repoſita ea erat, & complicata in aurea Theca, cujus hic etiam ſchema exhibetur. Epiſtolam de ea ſcripſit Ignatius Conſtantius Melitenſis, quam edidit in *Epiſtolis Memorabilibus* Antonius Buliſonius Vol. IV. pag. 117. qua in Epiſtola, figuris, & imaginibus in Lamina expreſſis examinatis, Aegyptiorum haec eſſe Hieroglyphica, characteres vero, qui a dextra ad laevam ſunt exarati, Phoenicios eſſe decernitur. Poſt Buliſonium eam quoque delineatam dedere Viri clariſſimi Actorum Eruditorum Lipſienſes editores in Vol. Anni 1695. pag. 43., quod & iterum praeſtitit Vir ſummus Bernardus Montfauconius in *Antiquitat. Expl.* Vol. II. p. 2. lib. I. cap. 19. haec de illa ſubdens. *Nihil dubium eſt, quin haec Lamina altiora ſuperſtitionis Aegyptiacae arcana contineat, quam rem ſubtilius exploraturum neminem puto, ne in conjectando ſaepe aberret . . . . Mirum eſt hoc antiquitatis Monumentum in Melita Inſula repertum eſſe, Aegyptius forte quiſpiam, qui hoc ceu prophilacterium geſtabat, ipſum in Melita Inſula reliquerit*. De Characteribus vero in prima Laminae faſcia exaratis, nullam Vir eruditiſſimus ſententiam protulit, hinc quid de eis ſentio, dicam breviter. Litteras iſtas, quae recte enumeratae ſunt viginti & novem, certe Phoenicias eſſe quiſque cognoverit ſi inverſo ordine, & a dextra ad laevam ſequenti hoc modo ponantur.


[illegible]

Et quamvis tres, vel quatuor horum Characterum, quia male in Lamina, aut in ejus ſchemate, fuerunt expreſſi, a forma Phoenicum litterarum diſſentire videantur, reliqui vero omnes Phoenicias certe praeferunt figuras, & iis ſimiles inveniuntur tam in ante exſcriptis Panormitanis, Melitenſibus, & Erycino Monumentis, quam in Nummis Punico-Siculis ſupra memoratis, tum etiam in ipſius Phoeniciae Literaturae Alphabetis huc uſque editis a Viris clariſſ. Joſepho Scaligero, Samuele Bocharto, Eduardo Bernardo, Jacobo Rhenferdio, Montfauconio ipſo, Ezechiele Spanhemio, Edmundo Chisbullio, Joanne Swintono, Auctoribus *Novi Tractatus de re Diplomatica* Pariſiis impreſſi Anno 1750. Jacobo de Barthelemy, Carolo Mortono, Hieremia a Bennettis, aliiſque. De uſu apud Veteres ſcribendi in Laminis aureis, argenteis, plumbeis, aliiſque, adeat, qui plura ediſcere cupit, elaboratiſſimum Opus jam ante indicatu n—: *Noveau Traitè de Diplomatique &c.* Vol. I. p. II. cap. I. pag. 488.

XX.

Panormi.

Marmor Etruſcis litteris inſcriptum, prope Peruſiam effoſſum, modo in Muſeo Monaſterii Sancti Martini depoſitum.




In Volumine *Veterum Panormitanar. Inſcriptionum* a me edito Anno 1762. pag. 435. Epiſtola exſtat doctiſſimi Viri Joannis Baptiſtae Paſſerii, qua Marmor iſtud Peruſinum vetuſtis Etruſcorum litteris inſcriptum eruditiſſime illuſtratur. Cippum hunc eſſe Terminalem Vir Clariſſ. in ea Epiſtola ſtatuit.

XXI.

Agrigenti.

Sarcophagus Marmoreus Anno 1730. in Agro eidem Civitati proximo inventus, in quo ſequentes ſunt inſculptae figurae. E Schedis Cajetani Noto.



Scri-

Scriptura haec, si tali eam nomine appellare liceet, prima specie videtur Hebraica, revera tamen Hebraica non est, quatuor enim literas Hebraicis similes tantum continet, nimirum כ, quae est *Caph*, ד *Daleth*, ם *Mem*, & ף *Pe*, quarum tertia initio scripturae posita, atque persaepe repetita aperte demonstrat scripturam non esse Hebraicam; Hebraei siquidem figuram ם hanc litterae *Mem*, quemadmodum & aliam litterae ף *Pe*, nunquam in principio dictionis, sed in fine solum usurpant. Adsunt item & tres aliae Samaritani Alphabeti figurae, scilicet ר, quae est *Ghimel*, L, quae est *Lamed*, & ב, quae est *Pe*. Caeterum reliquos characteres nullibi in Orientalium Populorum Alphabetis invenio; hinc dubitatio mihi suboritur, nil in Sarcophago scriptum esse, sed figuras has esse in Marmore a libero cujusdam ingenio insculptas.

XXII.

Messanae.

Ex Gualterio n. 8.

האולם ובנינו עשאו במעונו
בחיר נשה חנין חנו
לכבוד הור אשר ישנו
בגו עדן גרום עדנו
שנו כעדיה הנין בננו
בשח׃א ובכירה הם בנינו

Hebraicum hunc Lapidem interpretatus est, quemadmodum Gualterius monuit, Ignatius Landrianus Abbas Olivetanus sequenti hoc modo:

Istam Porticum, & Aedificia ejus fecerunt in divitiis suis
Bachier, Moyses Filius Filii sui (idest) *Nepos*
Ad gloriam Patris, qui est
In Horto deliciarum. Excelsa ascensio ejus.
Nomen ejus adjumentum Dei (seu) *propagabitur in Filios*
Anno Mundi MMMMCC. (circiter) *absolutum fuit hoc Aedificium.*

Cum tamen in Inscriptionis exemplari a Gualterio edito, quodque fideliter ex eo delineatum hic denuo duxi exscribendum, nonnullae litterae pessime sint exaratae, ita ut vix formam Hebraicorum characterum retineant; ideo ut Lapis sensum illum, quem ei Landrianus dedit, exprimere valeat, medica in pluribus manu indiget, & ipsum ad formam Hebraicae scripturae sine punctis, aliisque Massoretharum inventionibus, sequenti modo reducere opus est.

Tum-

האולם ובניתה עשר בממונם
בחיר משה הבן בנו
לכבוד האב אשר ישכר
בגן עדן מרום עליתו
שמו עזריה ירב בבניו
בשבת תר' [illegible]

Tumque fequens ei aptior Latina convenit verfio:

Hanc Porticum, & Aedificium ejus fecerunt in divitiis fuis
Bachir, & Moyfes Filius Filii fui
In gloriam Patris, qui eft ipfe
In Horto deliciarum. Celfitudo afcenfus ejus
Nomen ejus adjumentum Dei multiplicabitur in Filiis ejus;
In Anno MMMMCC : : : : : : : : : : : : : : : : : :

Poftrema Infcriptionis verba, quae Landrianus interpretatus eft: *Abfolutum fuit hoc Aedificium* in Lapide non invenio, neque ex obfcuris illis, & confufis characterum veftigiis, quae funt in extrema linea, ullo modo affequi poffum.

XXIII.

Panormi.

Lapis Hebraicis Litteris infcriptus. E Schedis Cajetani Noto.

זשת
זכרה · ○ אלהי
לטובה·

Hoc Marmor, quemadmodum & illud proxime fequens, cujus litterae nimis funt defiguratae, eamdem habent Infcriptionem, quae Hebraicè legitur *Ze [illegible] Elohi le tovah*, & interpretatur: *[illegible] Monumenti hujus memento Deus meus in bonum.* Verba illa *Memento Deus meus in bonum*, funt defumpta ex Libro Nehemiae, five Efdrae II. cap. v. Monumenta haec funt Judaicae Gentis, quae olim Panormi non exiguam habuit Coloniam, de qua fufius fcripfit Joannes de Joanne in Opere Italice edito Anno 1748. cui titulus *L'Ebraifmo della Sicilia ricercato &c.* Par. II. cap. I. pag. 246.

Pa-

XXIV.

Panormi.


Aliud Hebraicum Marmor Anno 1683. *detectum in Aedibus Pauli de Pizzuto olim Panormitanae Urbis Archiatri, quae erant in Regione vulgo dicta* La Bandiera. *Ex Onuphrii Minganantis Opere M. S. cui titulus*: Raccolta di Iscrizioni di Palermo *in publica Panormitani Senatus Bibliotheca servato, pag.* 32.




XXV.

Melitae.

Vas fictile Anno 1762. *effossum in Insula Gauli, exstabat penes Franciscum Agius de Soldanis Gaulitanae Ecclesiae Canonicum, & publicae Melitensis Bibliothecae olim Praefectum.*






Non tam exigui momenti res est, hujus Vasis aetatem firmare. Litterae, quae in eo sunt scriptae, peculiares quasdam figuras habent in nullis Orientalium Populorum Alphabetis observatas. Arabes antiquioribus temporibus, & ante ipsius Mohammedis aetatem, Characteres quosdam habuere, quibus in scripturis utebantur nimis ab Arabico hodierno Alphabeto dissimiles: de quo literaturae genere plura eruditissime dixerunt Richardus Pockochius in *Specimine Hist. Arabum* pag. 155. Thomas Hunt in *Oratione de Antiquitate Linguae Arabicae* Oxonii edita Anno 1739. pag. 11. aliique quamplures. Num litterae graphio in Vase caelatae ad hoc pertineant [illegible]; an potius ad alios sive Asiae, sive Afri[illegible] Populos spectent, ingenue fateor ignorare.

XXVI.

Panormi.

Marmorea Tabula eruta, cum novi Gynaecei Capuccinarum prope Portam Ossunae fundationes foderentur. Exstat in Regiae Academiae Museo.



Characteres Lapidis hujus sunt Latini, a nimis tamen rudi manu exarati: in prima linea clarissime legitur HIC ISI, & in ultima MINSIS: Sepulchrale est certe Epitaphium.



Se-

Sepulchrales Tituli Thermis Himerensibus nuper Anno MDCCLXXXIII. detecti . Post hujus Operis impressionem eos habui a Liborio Rini S. T. P.

I.

ΜΑΡΚΙΑ
ΕΡΜΑΙC
ΕΖ ∾ ΕΤ ∾
ΚΒ ∾ ΜΗ .
. Α .

Marcia
Hermes
vixit Annos
XXII. Mensem
I.

II.

A . FABRICIVS A . F .
PRIMVS
POSTVMIA FAVSTA
FABRICIA

III.

D . M
L . GALERIVS GALERIANVS
V . A . XII .
L . VICILIVS VICILLIANVS
V . A . VIII .

IV.

VICILIA L . F
VIX . ANN . XXX .

V.

: : : : : : : : : : : C : : : : : : :
E . Q . V : : : M . LIVIVS . M : : :



INDEX I.

RERUM QUAE IN INSCRIPTIONIBUS CONTINENTUR.

Priores Numeri indicant Operis Paginas; reliqui vero Inscriptiones, quae sunt in notatis Paginis.

Ethnica Cultus Deorum, Dearumque Nomina.

Templa, Aedes sacrae, Dona sacra.

Sacerdotes, aliique Sacrorum Ministri.

Regum Syracusanorum Monumenta.

Imperatorum , Caesarum , & Augustarum Romanorum Nomina .

Magistratus , Dignitates , & Officia majora .

Asiae.

Officia Minora , & Artes .

Aedificia, & Loca publica , & privata.


Quae ad Militares , & ad Rem bellicam pertinent .

Trie-

CLO-

Pr

Potiores Christianarum Inscriptionum Formulae.



INDEX II.

RERUM NOTABILIORUM,

QUAE SUNT IN PROLEGOMENIS, ET IN NOTIS.

Numeri indicant Operis Paginas.

A

C

D

E

F

G

H

Pa-

P

R

S

T

Theo-

FINIS.



Catalogo delle Opere ſtampate di Gabriele Lancillotto Caſtello Principe di Torremuzza Palermitano .

I. Diſſertazione ſopra una Statua di Marmo ſcoverta nelle rovine dell' antica Città di Aleſa in Sicilia. *In Palermo* 1749. *preſſo Pietro Bentivenga*, in quarto.

II. Oſſervazioni Critiche ſopra un Libro ſtampato in Catania nell' anno 1747. eſpoſte in una Lettera da un Paſtore Arcade ad un Accademico Etruſco. *In Roma* 1749. *nella Stamperia del Bernabò, e Lazarini*, in quarto.

III. Storia di Aleſa antica Città di Sicilia, col rapporto de' ſuoi antichi Monumenti. *In Palermo* 1753. *preſſo Pietro Bentivenga*, in quarto.

IV. Lettera in cui ſi deſcrivono le rovine dell' antica Città di Solanto in Sicilia, *inſerta nel Vol I. p.* v. *ſ.* 17. *dell' Opera* Memorie per ſervire alla Storia Letteraria di Sicilia. *Palermo* 1756. *Per Pietro Bentivenga*, in ottavo.

V. Lettera in cui ſi difende il legittimo Cardinalato di S. Chieſa dell' Arciveſcovo di Palermo Nicolò de' Todeſchi, detto comunemente l' Abate Palermitano, *inſerta nel Volume ſteſſo di eſſe* Memorie *a ſ.* 40.

VI. Nota de' Cardinali di S. Chieſa di Nazione Siciliana, eſpoſta in una Lettera; *inſerta nel Vol. II. di dette* Memorie *a ſ.* 211.

VII. Le Antiche Iſcrizioni di Palermo raccolte, e ſpiegate. *Palermo* 1762. *Per Pietro Bentivenga*, in foglio.

VIII. Elogio di Fra Tomaſo Fazello dell' Ordine de' Predicatori, Cittadino di Sciacca in Sicilia 1763. *in foglio volante*.

IX. Elogio di D. Mariano Valguarnera nobile Palermitano 1763. *in foglio volante*.

X. Elogio del P. D. Andrea Cirino Chier. Regolare Teatino nobile Meſſineſe 1763. *in foglio volante*.

XI. Idea di un Teſoro, che contenga una generale Raccolta delle Antichità di Sicilia, *inſerta nel Vol. VIII. della Raccolta* Opuſcoli di Autori Siciliani. *In Palermo* 1764. *per il Bentivenga*, in quarto.

XII. Notizia dell' origine, fondazione, ed iſtituto della Compagnia delli Bianchi della Città di Palermo. *Preliminare all' Opera, che porta il titolo*: Capitoli de' Regolamenti della Compagnia del Crociſiſſo detta de' Bianchi della Città di Palermo. *In Palermo* 1766. *Per Pietro Bentivenga*, in quarto.

XIII. Siciliae Populorum, & Urbium, Regum quoque, & Tyrannorum Numiſmata, quae Panormi exſtant in proprio Auctoris Cimelio. *Panormi* 1767. *ex Officina Bentivenga*, in ottavo.

XIV. Siciliae, & objacentium Inſularum veterum Inſcriptionum nova Collectio Prolegomenis, & Notis illuſtrata. *Panormi excudebat Cajetanus M. Bentivenga Anno* 1769. in foglio reale.

Ac-

Accedunt Prolegomena:

i. De Graecis Siculorum Dialecti Historica Disquisitio.

ii. De Graeca Siculorum Palaeographia.

iii. De Literarum nexibus in Siculis Monumentis inspectis, obiter de eorum usu, & vetustate.

iv. De veterum Siculorum Epochis Chronologicis, deque eorum Anni, & Mensium ratione.

XV. Alla Sicilia Numismatica di Filippo Paruta pubblicata da Sigeberto Avercampio Correzioni, ed Aggiunte. *Inserta nel Vol. XI. della Raccolta* Opuscoli di Autori Siciliani. *In Palermo* 1770. *Per D. Gaetano M. Bentivenga*, in quarto.

XVI. Seconda Aggiunta di Medaglie alla Sicilia Numismatica suddetta. *Inserta nel Vol. XII. di detta Raccolta. In Palermo* 1771. *per detto di Bentivenga*, in quarto.

XVII. Terza Aggiunta di Medaglie alla Sicilia Numismatica suddetta. *Inserta nel Vol. XIII. di detta Raccolta. In Palermo* 1772. *per detto di Bentivenga*, in quarto.

XVIII. Notizia storica della fondazione, e progresso dell' Albergo Generale de' Poveri di Palermo. *Preliminare all' Opera* Capitoli de' Regolamenti dell' Albergo Generale de' Poveri eretto nella Città di Palermo. *Palermo* 1772. *per detto di Bentivenga*, in foglio.

XIX. Quarta Aggiunta alla Sicilia Numismatica di Filippo Paruta pubblicata da Sigeberto Avercampio. *Inserta nel Vol. XIV. della Raccolta* Opuscoli di Autori Siciliani. *In Palermo* 1773. *per D. Gaetano M. Bentivenga*, in quarto.

XX. Quinta Aggiunta di Medaglie alla Sicilia Numismatica suddetta. *Inserta nel Vol. XV. de' suddetti* Opuscoli di Autori Siciliani. *In Palermo* 1774. *per detto di Bentivenga*, in quarto.

XXI. Memorie delle Zecche di Sicilia, e delle Monete in esse in varj tempi coniate. *Inserta nel Vol. XVI. de' suddetti* Opuscoli di Autori Siciliani. *In Palermo* 1775. *Per Andrea Rapetti*, in quarto.

XXII. Siciliae Populorum, & Urbium, Regum quoque, & Tyrannorum Veteres Nummi Saracenorum Epocham antecedentes. *Panormi* 1781. *Typis Regiis*, in foglio reale con CVII. Tavole di Medaglie.

XXIII. Siciliae, & objacentium Insularum Veterum Inscriptionum nova Collectio Prolegomenis, & Notis illustrata, & iterum cum emendationibus & Auctariis evulgata. *Panormi* 1784. *Typis Regiis*, in foglio reale.

300—

300—